
TOMVS QVAR
TVS DECIM9
LEGATIONV̄
ANNI D̄NI
M·D·XXXVI







Tomus quartus decimus Legationum responsionum literarum regiarum

Sub Diuo Sigismundo primo regie Polonie
post mortem Petri Tomicii Epi. Crac. &
Regni Polonie Vicecancell: per Joanne Cho-
ienski Epm Premislien. actarum et scriptarum

Per me Stanislaum Gorski Crac. &
Plocen. Canonicu in relyquos sex Tomas
annoru consequentiu collectarum

Continet hic Tomus annu Dni
M. D. XXXVI.

1535 1536



Incipit annus domini 1536.

Sub finem anni 1535: Sigismundus primus Rex Poloniae: Cracoviam ex Lituania celeriter veniens: et Nuptiis filiae suae primogenitae Hedwigis virginis. ex Barbara regina, Hungara, susceptae, absolutis: quam Joachimo Marchioni Brandeburgensi nuptum tradidit: Conventum regni generalem in Petrkow, ad diem S. Catherinae indixit. et literis Conventualibus per Thomicium egrotum Cracoviae decumbentem: paulo ante mortem eius scriptis: et ad terras regni dimissis: Rex ipse propere se in Lituaniam recepit: bello in Moscos indicto tum renovanti.

Ad enim Conventum Consiliarii et reliquus Senatus regni sequentibus literis fuit commoratus.



Sigismundus primus Rex Poloniæ.

Consiliariis Regni Polonię.

R Mag^{ce} sincere nobis dilecte
Reveren in Chr^o pater, sincere nobis dilecte. Singulis annis consilia solemus inire de malis regno reiq3 publicę impendentibus aut propulsandis aut saltem declinandis, sed statuere non possumus, fatorum ne id inevitabili quadam necessitate fieri dicamus an peccatis potius nostris assignemus, quibus in iustam dei offensionem incurrimus: q cum in deliberando consultandoq3 nihil à nobis studii diligentięq3 pretermittatur, tamen non modo prestari hactenus à nobis non potuerit id, quod tanto studio efficere contendebamus, vt vetera et consueta pericula propulsaremus sed ad ea noua etiam accedant et emergant quę meis subditorumq3 vrorum ceruicibus grauissima videntur impendere. Nam si quis existimat nihil esse nobis iam à Tartaris mali metuendum is, toto quod aiunt coelo errat: sunt illi quidem nunc in officio meo, et liberalitate mea deliniti belli contra Moschos societatem nobiscum inierunt: sed cum nihilominus nullum certum foedus cum eis habeamus, quis est qui prestare possit et polliceri hoc quoq3 insequenti anno eadem eos fide et voluntate erga nos futuros? de qua vt Caesar eorum nihil immutet eodemq3 quo nunc est animo in nos esse perseueret, multi tn̄ sunt in imperio ditioneq3 illius, qui, quum mendicitate atq3 extrema inopia egestateq3 laborent: nullius authoritate contineri possunt quominus incursionibus et rapinis vitam suam sustentent: fame alioqui morituri. Jam Valacho quantum sit fidei habendum ex iis quę proxima hac æstate designauit facile quiuis coniecturam facere potest: ausus est perfidus hostis immemor iurisiurandi à se prestiti: oblitus induciarum quę cum Turcarum Imperatore in cuius ipse fide est et potestate, nobis

intercedunt: nullis inimicitiis denunctiatis: nullo bello legittime interdicto in terram nostram Pokucie hostiliter inuadere ferro atque igni longe lateque populari: vastitatem agris, euersionem oppidis, internetionem populis afferre sed hec mala omnibus iam satis nota et quasi consueta esse videntur. Non satis premi videbamur, si externi isti hostes in nostrum subditorumque nostrorum exitium imminerent, nisi noui quidam et quasi domestici hostes accederent, predones et latrones, quorum insidiis nunquam magis atque nunc sunt publica itinera passim infesta fuerunt: eorum impunitate crescit audacia augetur frequentia: vt nisi mature fuerit prospectum non minus ab iis quam ab externis illis hostibus periculi sit metuendum.
Magna quidem ista mala sunt, et que celeris indigent medicine, sed haud scimus an hoc non sit grauissimum, quod qui ex hostium telis incolumes euaserunt: qui predonum et latronum insidias effugerunt: ii a familiaribus: ab amicis, a propinquis et necessariis inter pocula per summum scelus crudelitatemque occiduntur. Quo non prorupit vesana rabies? quo non progressa est admirabilis hominum audatia? quam alit impunitas: que vere peccandi illecebra esse dicitur: hec itaque mala: tam multa: tam grauia que partim impendere: partim presentia iam adesse videmus vehementer nos sollicitant, anguntque, quibus vt tanto celerius obuiam venire possemus Comitia regni maiora siue Conuentum generalem in oppido meo Piotrkow ad diem domine Catherine sacrum edicenda putauimus, edicimusque et denunciamus presentibus. Neque facturi fuissemus quicque libentius quam vt ad Comitia hec ipsi descenderemus de eo quod esset regni: reique publice racionibus conducturum cum Senatoribus et Consiliariis meis deliberaturi: sed auocant nos ardua negotia que nobis adhuc in Lithuania conficienda restant: que non solum postulant presentiam meam verum etiam flagitant, vt nulla racione abesse nobis hoc tempore a Magno illo Ducatu liceat nisi eum in certum periculum et discrimen adducere vellemus. Perinde vero vt nos absimus, eam tamen opinionem de fide

Stis

pendentiaq Rtis tue concepimus ut quum illa vna cum aliis meis Consiliariis adfuerit id quod ut faciat hortamur non minus omnia recte fieri possint et curari, quam si ipsi pntes adessemus: priusq autem S. tua ad maiora fuerit Comitia profecta prius minori: bus quoq illis quos Conuentus vocant particulares in Proszowice feria tercia ante festum S. Martini proximum, et communibus terrestribus in noua Ciuitate Corczin die Sancti Martini que de more maiora precedent interesse conetur, ibi operam nauet ut idonei Nuncii eligantur cum summa quidnis in maioribus Comitiis de communi consilio sentenciaq statuendi potestate. De: inde omni cunctacione remota ad constitutum et prefinitum à nobis diem Piotrkoviam se conferat, vbi cum coeteris Consilia: riis nostris, et terrarum Nunciis, pro fide pendentiaq sua co: sultatura, quemadmodum à subditis et necopinatis Thartarorum incursionibus dominia meá tuta conseruentur: quid sit de Valacho statuendum, qua ratione cum predonum insidie, tu meorum homi: num caedes iste infinita reprimantur. Factura pro officio suo et gracia nostra: que bene valeat. Datt Cracovie 1535

Legatio à Sigismundo primo Rege Polonie ad Conuentus terrarum regni particulares Nunctiis missis data

Post dictam salutem et nunctiatam graciam Mtis Regie et redditas fidei litteras: hec erunt dicenda.

Sacra Mtas Regia ex quo tempore regni huius gubernacula ad eam delata fuere, nihil habuit antiquius quam vt subditorum suorum racionibus omni ratione prospiceret: Itaqz hoc egit semper vt quoad eius fieri posset ab omni eos hostili impetu defenderet: ab omni vi cuiusqz et iniuria integros et inuiolatos conseruaret. Neqz vero suo sibi solius consilio quicqz esse putauit decernendum quod ad commoda defensionemqz reipub pertineret: sed quotannis rebus ita postulantibus Comitia Regni edixit in quibus de communi Antistitum Procerum totiusqz Nobilitatis sententia aliquid statui posset quod esset ex vsu reipublice futurum. Verum fatorum ne id ineuitabili quadam necessitate factum sit: an iusta potius Dei ira incertum est: quod cum nichil cure diligentieqz in consultando pretermissum sit: nulla tamen adhuc ratio iniri potuerit, qua, quominus aut de iisdem aut de nouis et recentibus aliis difficultatibus singulis annis Comitia edici necesse esset prouideri potuisset, hoc ipso anno qz multa sunt, que nisi diligenter fuerit considerata et prudenter prouisa magnum possent Regno reiqz publice periculum et discrimen inferre. Nam si qui sunt, qui hoc anno quietem fore à Tartaris neqz vllas esse eorum incursiones pertimescendas existimant hii longe errare videntur. Sunt quidem nunc egregia erga Regiam Mtem voluntate eius munificentia deliniti belli contra Moschos societatem nobiscum coierunt: sed quis ex vobis sponsor esse velit hanc societatem et amicitiam, que nunc nobis intercedere cum illis videtur, in proximam vsqz estatem duraturam: que

vt cum eorum Caesare fixa permaneat et stabilis ac diuturna,
facit tn̄ extrema paupertas vt nullum sit officium tam sanctū
quod quis ea adductus violare non audeat: Itaq3 saepe Tartari
fame adacti vt vitam suam quacumq3 racione possint susten:
tent: iis precipue temporibus quibus nullis aut parum firmis
militum presidiis Podolię terras munitas esse vident, impetū
in eas faciunt, meos homines inopinantes inter occupationes op:
primunt, neq3 pecorum solum, sed et hominum predas agunt,
atq3 rebus ex sententia confectis magno suo cum gaudio: ingēti
cum dolore meo atq3 ignominia in patriam reuertuntur.

Itaq3 et à Tartaris nunq3 videmur satis esse securi, et Vala:
chus quid superiori aestate hac designauit, nemo est vestrū
qui nesciat cum videret Mtem Regiam distentissimam esse
qua de Moschis: qua de nuptiarum apparatu vt est ad quid:
uis audendum proiectus, oblitus iurisiurandi quo se obstri:
xit: oblitus induciarum quę sunt nobis cum Turcarum Impe:
ratore, in cuius ipse fide est et potestate: neq3 inimicitiis denū:
ciatis, neq3 bello legittime indicto, in terram Regię Mtis Po:
kuzie cum non contemnendo exercitu impetum fecit, quantā
ibi stragem ędiderit, quanta calamitate miseros homines affece:
rit: quid attinet commemorare? cum id iuxta ipsi mecū teneatis!
periculum est ne hoc quoq3 insequenti anno successibus istis ela:
tus maius aliquid moliatur, nisi fuerit maturo consilio prospe:
ctum: atq3 ab externis hostibus hęc sunt fere quę nobis me:
tuenda esse videntur.

Sunt et alii quasi domestici quidam hostes predones et latrones, iis
passim omnia publica itinera sunt infesta, non modo fortunę mise:
rorum hominum, sed ne vita quidem ab istorum insidiis tuta est
et secura: qui post hominum memoriam neq3 plures neq3 audacio:
res fuisse dicuntur: vt nisi primo quoq3 tempore ratio fuerit
aliqua reperta, qua conatus eorum scelerati reprimi queant

et sedari, periculum sit ne firmiores in regno radices agant q3 ut postea possint sine magno negotio difficultateq3 extirpari

Iam si qui ex hostium telis incolumes euaserunt, si qui ex predonum manibus effugerunt: ii tum alibi persæpe: tum in conuiuiis aliquando ab amicis: à familiaribus: à propinquis et necessariis per summum scelus interficiuntur, neq3 iam ex iure manus consertum: sed mage ferro rem repetunt: sed vi geritur res: tot sunt non ita magno temporis internallo cædes commissæ, vt nunq3 plures esse factas intra idem temporis spatium quisq3 meminerit, adeò nunc eminet et prouecta est audatia hominum, vt nisi tempori prouisum fuerit, ne intra domesticos quidem parietes à sicariis istis tutus esse quisq3 possit

Hæc mala tam multa tamq3 grauia credibile non est q3 anxiam et sollicitam habeant Mtem Regiam, cuius curæ et cogitaciones eo referuntur omnes, in eo consumuntur, vt publicæ quieti et tranquillitati, pro virili sua, consulere queat: quapropter vt communicatis inter ordines regni consiliis, facilius via aliqua inueniatur, qua et presentia mala depelli ac sedari et imminentia prouideri possit: visum est illi ad diem diuæ Catherinæ sacrum Piotrkouiæ Comitia edicere. Atq3 ista quidem Comitia: tam cupide et libenter ipsa Regia Mtas obiuisset, nichil vt factura fuerit cupidius libentiusq3: Qua enim alia ex re voluptatem capere posset maiorem, q3 si in regno suo cum Consiliariis suis quos paterna quadam beneuolentia prosequitur, ea consilia capiendi potestas ei daretur, quæ Regni reiq3 publicæ salutem et tranquillitatem afferre possent, quam illa tanti facit vt suam ipsius salutem et incolumitatem in certum discrimen offerre dubitatura nõ sit: si ea re reipublicæ salus representari queat.

Sed auocat eum ingens telum necessitas velit nolit à vobis abesse: in Lituania cogitur adesse nisi de magno illo Ducatu in dubium venire velit. Bellum ibi geritur graue et periculosum,

contra hostem magnis opibus et divitiis preditum, exercitus ingẽs alitur, quod nisi M^tas Regia maturè eo reuerti voluisset, creuissent hostibus animi, nostris verò militibus concidissent, neq; dimitti sine periculo neq; diutius retineri per absentiam illius exercitus potuisset. Non frustra veteres: frontem occipitiò esse priorem: oculum domini fertilissimum esse in agro: oculum domini saginare equum. Neq; satis foeliciter solere procedere quę oculis agas alienis memorię prodiderunt. Nam cum in omnibus rebus, tum in his precipue, quę cum periculo geruntur, multum viget presentia domini, languescunt et refrigescunt per absentiam studia omnium.

Quod si regnum hoc in pari atq; magnus ille Ducatus discrimine versaretur nunq; commississet fuisset M^tas Regia vt alia potius Dominia sua quàm Regnum hoc defenderet cum nulli: us quàm ipsius tuendi cura sit illi antiquior: sed videt ea quę intenduntur huic regno pericula non esse quidem contẽ: nenda: neutiquam tn̄ cum Lithuanorum periculis esse conferenda: ad maius autem incendium restinguendum et viribus maioribus et ipsa domini p̄ntia magis opus vel potius necesse esse videtur.

Huc accedit quod in hoc regno eius generis Consiliariis se abundare intelligit: in quibus nullum boni Senatoris veriq; Consiliarii officiũ requiri posset: cum et fide summa erga principem suum et beneuolentia charitateq; singulari et prudentia sint non mediocri; Quę cum perspecta et explorata in illis habeat: in ea est M^tas eius sententia et opinione: vbi ipsi in Comitiis adfuerint eius: modi eos sententias dicturos, atq; ita reipublicę vna cum Nunctiis terrarum prospecturos, vt si ipsa Regia M^tas presens adesset neq; prudentius aliquid in medium afferre, neq; melius regni rationibus possit prouidere: quam opinionem de illis conceptam, fore sperat M^tas Regia, vt non modo non fallant, verum etiam confirmare et augere conentur.

Hoc à vobis magnopere postulat: si minus interesse potest instantibus Comitiis hisce ne duius id accipiatis: neue ob eam causa aut minus alacres aut minus frequentes conuenire velitis Deinde vt ex corpore vrō Nuncios aliquos viros graues: prudentes et rerum peritos deligatis qui ad constitutum Comitioru diem cum summa quidius statuendi potestate venire possint instructi et parati.

Quatuor de rebus vt eas strictim breuiterqz repetam consiliu initurи. Primum qua ratione si que nec opinate Thartarorū incursiones existant obuiam illis venire possimus: deinde quid sit nobis de Valacho statuendum: postea latrocinia predonū quemadmodum reprimi possint ac sedari: Postremo que sit ratio ineunda qua tot necorum hominum mutue coedes prohiberi queat. Quo diligentius ista mala consiliis vrīs prudentiaqz propulsãda curaueritis, hoc et priuatis rebus vrīs melius consulturi que de publicarum salute et tranquillitate pendere solent: et à Regia Mte maiorem eius gratiam inituri: que cumulate vobis hanc operam vrām et prolixe referre curabit

Credentia

Sigismundus Rex Polo

Vniuersis et singulis Prelatis, Proceribus: Consiliariis et officialibus coeterisqz qui Comitiis Prossenicensibus interfuerint sincere et fidelibus meis dilectis Salutem et gratiam Regiam. Mittimus in coetum S. vrarum Venerabilem. N. cui dedimus negotium vt ea Stibus vrīs referret que nobis necessario visa sunt prouidenda, meamqz ea de re sentenciam et voluntatem explicaret: Quare hortamur illas vt eius dictis fidem habeant, et que meo nomine illis innuxerit diligenter curent exequenda, ita et officio suo satisfacturе, et à nobis solitam sunt graciam inituге Bene valeant.

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniȩ data Oratoribus ad Comitia Piotrcouiensia missis Ioanni de Tenczin Castellano Lublinensi Marshalco Curiȩ Regiȩ: Sebastiano Opalieniczki Canonico Cracouien Secretario Regio

Posteaquam salutem illis dixerint, et Regiȩ Mtis graciam nunciauerint, fideiq3 lras obtulerint in hunc sensum verba facient. Quantȩ sit curȩ Sacrȩ Regiȩ Mti ut rempublicam regni huius constituere ut illius racionibus consulere et prouidere: ut et hostium impetus: et quevis ei impendentia pericula arcere possit ac propulsare non obscurum Dmbus vris esse arbitror. Dnes vrȩ precipue quȩ quasi socii et participes sunt Regiȩ Mtis consiliorum: singularis sollicitudinis eius erga regni Rempubcam testes esse possunt locupletissime: neq3 enim tam est illi res ulla proposita quàm ut quoad eius fieri possit omnium et singulorum cōmmodis prospicere atq3 ea non solum tueri verumeciam augeri queat et amplificare: Itaq3 credibile non est quàm sit anxia hoc tempore et sollicita Mtas Regia: quantumq3 ex eo dolorem capiat q cum id maxime cuperet, Comitiis tn istis quȩ hoc in loco edixit, ipsa interesse non potest, veretur in quam partem id acceptura sint D. vrȩ, neue aliter factum hoc eius interpretentur, quàm quemadmodum seres habet, cum presertim non deesse quosdam sciat: qui cum nunq3 eis possit satisfieri in peiorem partem accipiunt omnia: sed nisi magnis et grauibus causis impulsa nunq3 commisisset Mtas Regia, ut hoc tempore à regno abesset: Comitiisq3 non interesset vel potius preesset. Nam si suo potius animo quàm temporibus obsequi vellet: si maiorem voluntatis et voluptatis suȩ quàm suorum necessitatis racionem haberet, ubi libentius? ubi maiore animi sui cum delectacione versari posset? quàm in Regno suo inter Senatores et Consiliarios suos

inter homines maiorum imaginibus claros: non vulgari pru:
dentia grauitateq3 preditos, morum ciuilitate ita excultos et
expolitos vt ne politissimis quidem gentibus facile concedant.
quodq3 caput est inter sui cupidissimos amantissimosq3, qui quo:
ties vsus ferret pro salute Principis et domini sui spiritum
suum vilem sint ducturi, omni hoc D^bus^ vris assereratione co:
firmare possumus Regiam M^tem^ in magno vestrum omnium
esse desiderio atq3 ex eo quod abest incredibilem capere mole:
stiam, neq3 ei quicq3 longius est quam videre vultus istos D.^m^
vrarum atq3 in eis acquiescere: sed seruiendum tempori ne:
cessitati fuit parendum: cui ne Deus quidem resistere dr.

Magna sunt que huic regno impendere videntur pericula: sed
non eiusmodi tn̄ vt cum his periculis conferri possint in que
Magnus Lithuanie Ducatus hoc tempore vocatur: cum ho:
ste ibi res agitur potentissimo, et ab exercitu: et à pecunia: et
ab omnibus rebus bello gerendo necessariis paratissimo in:
structissimoq3: alit contra eum M^tas^ Regia copiosum exerci:
tum magno suo sumptu: qui quanquam hoc anno singulari dei
grá et benignitate ductu atq3 auspiciis Ducis optimi satis fe:
liciter rem gessit, nondum tn̄ est debellatum: neq3 frustra pri:
sci illi viri prudentissimi communem esse Martem dixerunt: qui
saepe spoliantem iam et exultantem euertit et perculit ab abie:
cto: si cum presens adesset in Lithuania M^tas^ Regia: ausi tn̄
sunt hostes bonam partem Ducatus illius ferro atq3 igni longe
lateq3 depopulari, et modo non sub aspectum Regie M^tis^ prodire?
quid eos hac hieme facturos arbitramini grauiter à nr̄is laces:
sitos? si eam abesse à Ducatu persentiscerent: sumerent hostes fi:
duciam: sumerent spiritus et arrogantiam conciderent animi
nostrorum et frangerentur. in summum periculum et discrimen
totus ille Ducatus adduceretur: quamuis summum Ducem habeat
reiq3 militaris scientissimum tamen ipsi quoq3 milites Regie

tatis non perinde essent in offitio futuri absente Rege suo et domino vel Cassite fabella abunde magno esse potest documento non satis ex sentencia cadere si quae dominus oculis agat alienis: Quare cum videret Sacra Maiestas Regia presentem statum magni Ducatus Lithuaniae magnopere postulare vel potius flagitare illius presentiam: etsi non satis erat corpore confirmato nec pedis adhuc dolores remiserunt: fecit tamen Princeps optimus ut revocantibus eum ad se Lithuanorum periculis suum ad illos reditum maturaret: Non dubitaret salutem suam in periculum adducere: dum suorum saluti et incolumitati posset prospicere.

Discedens e Regno dedit nobis in mandatis ut absentiam illius à Comitiis diligenter apud Dominationes vestras excusaremus, causas eius proferremus: et de quibus rebus hoc in loco sentenciae sint dicendae breviter vobis exponeremus. atque primis quidem illius mandatis ita ut facultas mea tulit satis nobis diligenter exhausisse videmur: voluimus quidem certe: diximus enim Dominationibus vestris quae res impedimento ei fuerint quominus Comitiis istis adesse potuerit.

Ut autem ne ignoretis quae sint res: quae hoc tempore in deliberacionem et consultacionem vestram cadant, ee sunt quatuor. Primum si quae fiant inopinatae Tartarorum in terras ditioni Regiae Maiestatis subiectas incursiones: qua ratione eas propulsare oporteat. Deinde de Valacho quid faciendum existiment. Tertio quemadmodum quae passim iam impune fieri dicuntur latrocinia arceri et reprimi queant. Postremo via erit aliqua reperienda qua efficiatur: ne tanta sit gladiorum impunitas ne liceat cuivis pro libidine sua quemvis occidere.

Quod si qui sunt qui nihil esse putant hoc anno à Tartaris periculi metuendum: hii opinione sua falluntur plurimum: sunt illi nunc quidem socii et amici mei, atque proxima aestate superiore Regiae Maiestati contra Moschos ita dicuntur operam suam navasse ut ea magno fuerit militibus meis adiumento, sed

quemadmodum Regia liberalitate deliniti à nobis proxime steterunt, ita verendum est: si plus eis ab adversa parte fuerit numeratum ne à mea amicitia transfugiant: ad hostium signa devolent: et quam paulo ante hostibus meis eam ex improviso nobis quoque (quod Deus omen avertat) deinceps cladem afferant: atque ut sit ipse in officio Tartarorum Caesar: ut firma nobis cum eo permaneat amicitia: non ideo tamen nobis securis utramque in aurem dormire licebit. Saepe enim Tartari ne Caesaris quidem sui faciunt imperata: cum aliud suadet fames atque extrema inopia et egestas longe pessimi consultores: ea est gentis eius natura, ut non aliunde fere quàm ex latrociniis vivant: ubi sementem numquam fecerunt ibi metere plerumque consueverunt. nisi id facerent fame interirent: Itaque legionibus meis semper cedunt, ubi eas abductas esse senserunt, agros incursant, quantam maximam possunt calamitatem nostris hominibus importunt: bellum quiete: quietem bello invicem eludentes: ut neque ommitti tota res neque perfici possit, videtur hostis hic velut sorte quadam prope integerrimum exercendo militi meo datus, contra quem et assiduo et non contemnendo opus est presidio, ad quod quantus militum sit numerus conscribendus unde stipendium sit eis decernendum vestri fuerit muneris hoc tempore deliberare

Verum hoc quoque vobis procul dubio obscurum non est neque auribus vestrum inauditum: quae sint superiore hac aestate à Valacho designata: sciebat hostis perfidus ictum esse foedus inter Regiam Maiestatem et Thurcarum Caesarem, in quius ipse fide est et authoritate longique temporis factas inducias: nihilominus cum videret Regiam Maiestatem gravi cum Moschis bello esse implicitam: oblitus Iurisiurandi quod dedit, oblitus Induciarum, in terram Regie Maiestatis Pokuzie populabundus invasit: ubi cum ferro atque igni omnia absumpsisset: nullum crudelitatis genus reliquum fecit: idque neque inimicitiis denunciatis neque bello legittime indicto Etiam atque etiam considerandum Dominationibus vestris erit: an scelus hoc

illius et perfidiam vlciscendam, an potius, cum alio sit grauiore bello Regia Mtas impedita, conniuendum hoc tempore, et presentis scan:dis poenam in diem esse putent reseruandam: deq3 propulsando potius bello quam vltro inferendo potius cogitandum: ratio erit certe aliqua ineunda qua parati semper et quasi in procinctu esse possimus aduersus eos hostes: quorum bella proxime in forma latrocinij venerunt: cum nulla belli iura obseruant: quibus etiamsi conceptis verbis iurent: nihil tamen à nobis tuto cre:di potest cum toties iam simus eorum perfidia decepti non sine magno multorum malo.

Qui si soli negotium nobis facesserent, abundè tamen magnam Dnibus vris consultandi materiam preberent, nunc ad externos istos hostes accedunt quidam domestici predones et latrones: qui nisi tempori prouisum fuerit à nobis, et ipsi nobis magis atq3 magis indies erunt metuendi: et noua cum vicinis bella nobis excitabunt. publica passim itinera predonibus istis infesta esse dicuntur. qui non solum fortunis omnibus miseros homines spoliant et exuunt, sed lucis etiam huius vsuram sepe eis eripiunt: qui nisi suos haberent receptores, neq3 tam essent numero frequentes, neq3 ita ad audendum proiecti: quare non solum ditionis Mtis Regie qui sunt: sed et vicini populi queruntur in illius terris receptum habere, qui malum eis dent, et fortunis eos spolient suis: prouidendum erit summa cura et diligentia ne serpat longius malum hoc. Sepe enim malum quod nascens facile reprimi potuit: simulatq3 inueterauit et radices egit, non potuit sine magno negotio extirpari; scin:tillaq3 neglecta magnum sepe incendium excitauit. In pessi:mum genus istud receptorum sine quibus latere nemo diu potest, grauius esse videtur consulendum maioraq3 exempla edenda, documentumq3 statuendum, ne qui talem amentiam imitari velint, cum perinde eos puniri oportere legibus cautum sit, atq3 eos ipsos, qui furtum aut latrocinium fecerunt. Nam

si receptum predones isti et latrones non haberent pauciores esset. neqꝫ eo quo progressi sunt audatię progredi auderent. quapropter danda erit opera ut novum aliquod poenę et animadversionis genus sanciatur contra istos qui predones receptant: neqꝫ solum eos predas agentes non impediunt: sed favent eciam et patrocinantur. Contra ipsos quoqꝫ predones durius est et severius aliquid decernendum quam communia Jura et Statuta Regni perscriptum habent: statuendum est ut si qui manifesto in crimine tenebuntur: eos testibus et argumentis convincere necesse non sit: multi enim poenas legum evolabunt, si, cum dubium sit nemini, quin latrocinium fecerint, probatione contra eos tamen opus futurum sit. Non ita pridem Wratislavien̄ Mercatores prope opidum Opoczno omnibus sunt mercibus et fortunis suis spoliati: noti erant autores sceleris, nichilominus, quia probationes iuridicę deerant, sceleris sui impunitatem sunt consecuti cum agi contra illos iure non posset, Erumpet malum istud ad multorum perniciem, nisi primo quoqꝫ tempore sedatum fuerit. Quare diligenter de eo propulsando. D. vr̄is erit cogitandum. alioqui non fortunę solum multorum hominum in magno discrimine versabuntur: sed et vicinorum odia, et modo non hostiles inimicitię nobis conflabuntur.

Jam itaqꝫ tria sunt à nobis proposita de quibus sentencię. D. vr̄is erunt dicendę: de Tartaris de Valachis de predonibus et latronibus coercendis. Quartum restat atqꝫ idem ultimum: sed haud scimus an omnium istorum longe gravissimum minimeqꝫ ferendum: Et ab externis et à domesticis hostibus plurimi quotannis fortunis suis omnibus evertuntur vita spoliantur in servitutem abducuntur, atqꝫ miserandum in modum cruciatur. nondum tn̄ satis malorum esse videbatur: nisi mutuis preterea cędibus se conficerent: Cum inireture proxime apud Urbem Regiam sicariorum numerus tot sunt reperti qui cędem commiserunt, ut post hominum memoriam plures tam

breui tempore non dicantur esse enumerati. Eo iam perditi et profligati homines vesaniae processerunt: eo audaciae atque amentiae progressi sunt: ut nihil dubitent hominem rem sacram quasi per ludum iocumque interficere, idque nonnunquam per ebrietatem, aliquando perturbatione quadam animi: interdum consulto faciunt et cogitato. videre iam licet plerosque qui quod est barbarorum proprium, Jus in armis portant: si quid eis cum aliquo controversiae intercedat, non eam iudicio sed gladio disceptant. perinde quasi nullus esset Rex: nulla lex: nulli Magistratus: nulli Judices: nulla tribunalia, apud quae experiri cum eo a quo iniuriam sibi quis factam esse dicat et Jus suum obtinere liceat. Nonne satius esset inter feras vitam degere quam cum id genus hominibus aliquid commercii habere? quod nisi maturo consilio vestro obuiam eorum audaciae veneritis, ipsi nobis Tartari: ipsi Valachi: ipsi praedones futuri sunt et latrones: visum est itaque Maiestati Regiae ut quemadmodum proximis Comitiis anni superioris Nuncii terrarum postularunt: prorogetur Statutum contra Sicarios et homicidas in triennium adiuncta ea conditione quae in articulis eorundem Nunciorum perscripta habetur

Habent iam D. vestrae breuiter ea per nos enumerata: de quibus hoc tempore consilium initurae venerunt: Nunc quod reliquum est rogat D. vestras Maiestas Regia: ut quam eorum fidem beneuolentiamque erga se regnique sui rempublicam semper cognouit, eam nunc quoque in hoc consilio non grauatim praestent atque ea prudentia in propulsandis communibus patriae meae periculis uti velint, cuius persaepe antea multa egregia documenta dederunt. agitur salus reipublicae: aguntur fortunae vestrum omnium: agitur honos vester et gloria: nolite expectare dum propius unumquemque vestrum mala ista attingant. quod vicinis vestris accidisse audieritis: si quorum agros vastatos: si quos patriis sedibus exturbatos: captos: trucidatos: si quos

per predones fortunis omnibus spoliatos: si quos à familiaribus: à vicinis: à propinquis aut per ebrietatem aut per iracundiam: aut consilio: dataque opera crudeliter interfectos esse cognoveritis: subeat illico animos vros recordatio: quod eorum alicui contigit id vobis quoque posse evenire, ad commune incendium restinguendum communi consilio: communibus viribus opus est: quo diligentius elaboratum à D. vris fuerit, ut in pntia reipub: fideliter: amice: prudenter consulant, hoc et privatam cuique rem suam felicius administrare licebit, et gratiam sibi quisque D. vrarum Regiae Mtis maiorem uberioremque conciliabit: à qua fidei suae diligentiaeque fructus sunt amplissimos laturae.

Haec sunt quae nos suo nomine D. vris dicere Mtas Regia voluit. Ista pauca praeterea addi mandavit. Memoria tenet Mtas Regia, ante annos plus minus quinque cum esset Serenissimus filius eius Sigismundus Poloniae Rex designatus et Coronatus, fidem pro illo se suam interposuisse, simulatque pubertatis annos attigisset, quod de more Reges Poloniae facere consueverunt: quando primum ad eos regni gubernacula deferuntur id Serenissimum quoque filium suum facturum ut Jusiurandum daret se Regno atque subditis suis omnibus cuiuscunque status et ordinis, omnia Jura: Privilegia atque immunitates per maiores Mtis illius eis concessas: sartas tectas quod aiunt conservaturum. Proximis autem Calendis Augusti Serenissimus Rex Sigismundus secundus annos pubertatis fuit ingressus et ex ephebis excessit: nullum tamen ab eo, ita ut pro eo Serenissimus praespopondit factum est Jusiurandum: quod quominus fieret per Regiam Mtem non stetit quae fidem suam liberare, Serenissimum filium suum munere atque officio suo defungi vehementer cupiebat: Sed cum nisi in Comitiis, pntibus omnibus Regni ordinibus Jusiurandum istud dari non posset, necessario in aliud tempus tota res fuit reiicienda. Nam quominus ad Nuptiarum

tempus Comitia ediceret in quibus fidem suam pro Ser^mo^ filio suo interpositam liberaret, multis magnisque causis mo:nebatur quę sunt Senatoribus et Consiliariis Regni dili:genter et copiose per Maiestatem eius explicatę. Quamobrem à vo:bis magnopere petit, si primus adhuc promisso suo satisfecit: ne id animo feratis iniquiore, quandoquidem voluntate magis prompta quam facultate sit ad id parata: ut primum Christo opi:tulante res Lithuanorum meliore in statu collocaverit et inde se extricare poterit, nihil ei futurum est potius quàm ut soli huic rei Comitia edicat.

Ad solos Consiliarios absentibus Nunctiis terrarum dicendum et ad eorum articulos respondendum

Quoniam vero superiore anno cum ex Comitiis hoc ipso in loco habitis Nunctii essent à dominis Consiliariis ad Regiam Maiestatem missi qui authoritate illius comprobari petebant eos articulos qui fuerant in Comitiis propositi: datum quidem fuit Nunciis illis à Maiestate Regia responsum: sed illi tamen omnes Regni ordines certiores de eo facere non potuerunt quòd dissolutis Comitiis suam quisque domum revertisset. Ideo dedit nobis negotium Maiestas Regia ut quę fuerunt per eam Nunciis responsa, ea breviter D. V^rs^ recenseremus.

Eos articulos quorum hic fit mentio, cum brevi annotatione responsi ad illos in marginibus, vide in sequenti folio .xi, et in sequentibus. Cognosces cuiusmodi hi ipsi articuli fuerint. et quale ad singulos eorum responsum regium fuit datum.

Erant preter istos articulos hic inscriptos, alii multi articuli, seu postulata per Nuntios terrarum in Conventu eodem Piotrkovien. anno 1534 proposita, indigna, ad seditiones et turbas in regno ciendas confecta quae in hoc presenti thomo non sunt adscripta. Nihilominus tamen, inter negotia Conventus Cracovien. in fine anni 1536 agi cepti, perscripta sunt. eo quod tunc iterum in hoc isto Conventu repetita et renovata sunt. et turbulenter a rege petita. et Conventu sine conclusione dissipato, effectu non sortita

Vide Tomo 15: inter 26 anni 1537.

Legati ex Conuentu generali Piotrcouiensi à dominis Consiliariis missi: hec apud Sacram et S. Regiam Maiestatem agent. In fine anni 1534

Inprimis post commendationem decentem et fieri solitam agēde sunt immense gratie Mti sue Regie nomine vniuersi Se:natus regni, subditorumq̃ sue Mtis, q̃ Mtas sua tanq̃ pru:dentissimus Princeps, inter tot et tantas curas quibus hoc tempore variis et multiplicibus distringitur, subditorum hic suorum non fuerit oblita: q̃ q̃ necessitates huius reipce, ac pericula ei imminentia animo suo preuidendo, de hiisq̃ summa pietate, et affectione cogitando et consulendo: dignata sit Cō:uentum proxime transactum indicere: data ipsi Conuentui plena facultate ad omnia statuenda et transigenda que reipce necessaria et salutaria viderentur. in quo sua Mtas satis abunde hiis subditis suis omnibus solitam illam suam clemē:tiam et benignitatem declarauit.

Quod est in margi:nibus ex oppto arti:culorum inscripto:rum, est Regium ad eosdem articulos responsum

Vnde omnes tanq̃ fideles sue Mtis subditi, tametsi nō multi numero conuenerunt: curauerunt tamen quotquot erant, quantum in ipsis erat, vt et mandatis Sacre Mtis eius, et de:bito suo satisfacerent, vtq̃ Conuentum ipsum, tum ex senten:cia sue Mtis, tum ex vsu et dignitate reipce absoluerent

Respons. Reg.

Grata quidem est Mti Regie, Dominorum in Conuentu prestita di:ligentia: sed gratius vtrumq̃ fuisset, si nu:merus stipendiariorum quasi per dominos desi:gnatus, similiter mili:tandi tempus, nullum in vulgus fuisset sparsum. Nam paucis erit psuasum laudatas Contributiões et tot militibus, et per tantum tempus, vt est pu:blicatum, non suffecturas, que nullo modo sufficient, Tamen aget Mtas sua in ea re bonum et prouidum Dispensatorem

Ac imprimis non solum pro defensione regni: sed etiam pro ferendis Mti sue, et Magno Ducatui Lithuanie suppetiis racionem capientes: Contribucionem sedecim grossorum de Laneis et alia in literis vniuersalibus contenta, Mti sue sue Regie in manus decreuerunt et statuerunt. Non q̃ arbitrentur istud ad vtramq̃ necessitatem satis esse, si di:fficultatum et temporum condicio spectetur: Sed habenda erat racio calamitatis, que partim ex maxima aquarum inundatione, partim ex sterilitate huius anni multorum opes et bona attriuit: Colonos miseros ad eas angustias redegit

ut in hoc statu reipub[ce] maiora presidia in pn̄s decerni non potuerint. Sperant tamen freti benignitate M[aies]tis sue, q[uod] Sacra M[aies]tas eius pro sua prudentia benigne hec omnia expendere: et Senatus sui ea in re fidelissimam voluntatem boni equiq[ue] consulere dignabitur, atq[ue] ita providere, ut et Regnum oportunam defensionem habeat: et subsidia q[ue] honestiora Magno Ducatui Lithvanie prebeantur, pro dignitate M[aies]tis sue Regie, et honore regni. de quibus ia[m] quid in omnem euentum visum est illis M[aies]ti sue lr[ater]is suis declararunt. simul ac de electo et designato per universos domino Andrea de Gorca Castellano Calissien[si]. Pro quo supplicant universi M[aies]ti sue Regie, illum M[aies]tas sua dignaretur ita providere speciali stipendio, quemadmodu[m] M[aies]tas sua Regia alios Campiductores, et presertim Mag[nifi]cu[m] Do. Joannem de Tarnovo Palatinum Russie: quando illu[m] cum subsidiis ad regnu[m] Vngarie miserat, dignata fuit providere: attenta condicione et sumptu ipsius D[omi]ni Castellani Calissien[sis]: viarumq[ue] longinquitate et locorum solitudine, per que exercitibus ad terram hostilem penetrand[um] erit.

Responsu[m] Regis.
De provisione domini Castellani Calissien[sis] nihil certi determinare p[otes]t M[aies]tas sua nesciens quam liberalis esse possit in erogandis publicis pecuniis, cum multa impendia ex illis veniunt facienda, et secundum illarum facultatem, Dominus q[uo]q[ue] Calissiensis providebitur.

Et quia prius q[uam] Contributiones eleuantur, opus erit ad ea[m] utramq[ue] necessitatem p[rese]nti pecunia: Domini Consiliarii, et terrarum Nuncii cum hac causa, tum ad augendam pub[li]ce Contributionis quantitatem pro hac duplici necessitate, rogarunt impense R[everendissi]mos dominos Archiep[iscopu]m et Ep[iscop]os, ut eam pecuniam que ad redimenda bona Busko pro Campiductore parata est adderent, et aliam Contributio[ne]m loco eius decernerent. R[everendissi]mus vero dominus Archiep[iscopu]s, et domini Ep[iscop]i, ne animos Nunciorum terrestrium quos ad transigendum recte et concorditer hunc Conventum propensos et obsequentes videbant, conturbarent, et huic tante necessitati deesse viderentur: consenserunt eam ipsam pecuniam in hunc usum conferendam, in quantum M[aies]tas Regia consenserit. Quam cum M[aies]ti sue detulerunt, sine consensu et voluntate M[aies]tis sue nihil de illa disponenda sibi integrum esse censuerunt. De alia vero polliciti sunt op[er]am sua[m] apud cleru[m] suu[m] adhibere.

Responsum Regis
Contributio Eccl[es]ia[stic]a non est in manibus officialium sue M[aies]tis, adhuc servatur apud Do. Ep[iscop]os: annuit tamen M[aies]tas sua, ut detur in eum usum, et scribet d[omi]no Archiep[iscop]o Gnesnen[si] vero ea condicione, ut in eius locum aliam Contributionem dent domini Spirituales, sicut eos hoc facturos promisisse in Conventu, narrarunt D[omi]n[i] [illegible]

Debitum sex millium non iubebit adhuc exigi Mtas Regia quamuis huiusmodi pecunias bonum fuisset reponere ad locum firmum propter euenturam aliquam necessitatem. cui istis mutuationibus solet frequenter cum damno suo succurrere.

Quia item Mgcus do. Nicolaus de Schidlowiecz Thesaurarius regni, faciendo in Conuentu publicam de Contributionibus rationem, ostendit se pro defensione et necessitate reipublicae sex millia flor. de propria Regia pecunia exposuisse: quae de reliquiis Contributionum anni preteriti Mti suae reddi deberet: Supplicant uniuersi Mti suae Regiae, ut hoc debitum condonare reipubcae dignetur, ut reliquiae Contributionum anni preteriti cum predicta pecunia Contributionis Dominorum Spiritualium adunare et presto esse possent tam ad presidia regni quam ad suppetias dominis Lithuanis dandas, prius quam Contributiones anni pntis edantur.

Ad Iurium correctionem non parum pecuniae et laboris impensum est. Tamen sicut commiserat Mtas sua abiectis superfluis, satius erat residuum relinquere

Postea referendum erit, quanta fuit difficultas ante omnia inuecta, ob correcturas Iurium: quae vulgo Nouum Statutum dicitur: et propter rem monetariam, et quod dominos Consiliarios in ea re voluntatibus hominum et tempori seruire oportuit. Nam posteaquam omnium Terrarum Nuncii summo studio ab illis petierunt, ut et Statutum ipsum abrogaretur: et de moneta sistenda illis caueretur: neque quicquam aggredi voluerint, nisi prius de his decerneretur, atque id litteris confirmaretur. metuentes domini Consiliarii, ne ea res, si eorum voluntatibus aduersarentur, vel sedicionem aliquam pareret: vel publica consilia impediret, atque Conuentum rebus omnibus infectis dissiparet: Authoritate à Sacra Regia Mte ipsi Conuentui concessa: et quod hinc, Mti suae Regiae neque referre, neque dignitati vel authoritati eius quicquam derogare videbatur: Statuta ipsa abroganda censuerunt et nullius esse roboris, quod alioqui nullum habebant decreuerunt iuxta decreti huius tenorem qui sequitur.

Nos uniuersi Prelati, Barones, et Terrarum Nunctii in Conuentu generali Piotrcouiensi pro festo Sancti Andreae congregati, innitentes mandato et authoritati Sacrae Mtis Regiae domini nostri clementissimi nobis concessae cum ad alia omnia: quae reipublicae expedirent decernenda

Responsum Regis
Ad abrogationem Statutorum
illorum correctorum an consulte
processum sit tempus declara:
bit. Primum suspicamentum vide:
tur Regie Mti quandoquidem
nulla illis adhuc fuerit au:
thoritas. Deinde ne ex hac tam
generali abrogatione, enascan:
tur variae difficultates, cum
abrogantur omnia Iura
sic ut in librum compilata,
sunt, cum tamen illic et omnia
regni iura antiqua et no:
va contineantur, Et omnia
Mtis sue Statuta atque an:
tiqua sunt plurima de verbo
ad verbum in eum librum
inserta, que videntur iam
abrogata et penitus sublata
et sic essemus sine ullo Iure
Tamen Mtas Regia per:
mittit ut deliberatio Domi:
norum maneat hoc modo
ad eum Conventum, in quo
futura est Mtas sua; abro:
gatio enim non fuit neces:
saria super his que nulla
authoritate adhuc fuerunt
obfirmata

et statuenda, tum ad correcturas Iurium que vulgo Nona
Iura putantur: prout rectius videretur expendendas: tol:
lend et unanimi consensu approbandas: Manifestum faci:
mus: quod considerantes easdem correcturas licet adhuc nul:
lius roboris existentes, a Correctoribus tamen ad tot va:
rios revisores et communitatis iudicium delatas; diversas
et noxias opiniones, suspiciones, et contenciones hominum
peperisse, adeo ut non solum impossibile videretur illas
tam impresens quam in posterum unanimi omnium consensu
aequari, approbari et suscipi posse: sed etiam, si res diu:
tius penderetur, aliquam gravem intestinam discordiam
et sedicionem esset allatura volentes huic malo reme:
dium oportunum adhibere, et hoc imminens periculum
tempori anteverte. communi et unanimi omnium senten:
cia, consensu et voluntate, eas ipsas correcturas, sive
ut vulgo dicuntur Nona Iura sic ut in librum com:
pilata et excusa sunt, penitus, et in totum tollimus, rej:
cimus, et abrogamus, easque nullius roboris nec momenti
fuisse et esse: nec in posterum fore debere decernimus,
et pronunciamus.

Monetariam officinam
Thorunii et in Civitatibus
Prussie claudi iubebit
Mtas sua a festo Sancti
Joannis Baptiste, prius
enim non posset sine ma:
gno suo damno

De Moneta vero nihil quidem domini Consiliarii preter
infrascriptam supplicationem decernere voluerunt: con:
sulens Regie dignitati: fecit tamen significatione
Regia cum de propensa voluntate sua sistendi ipsius
Monete cusionem, tum etiam de ratihabicione Mtis sue
omnium que in hoc Conventu Statuerentur: pro bono
reipublice: et cum aliter Conventum bene determinare
non potuerunt: promiserunt Terrarum Nuncius Mtem
suam, supplicationem ipsam de hac re benigne susceptura
et exauditura esse que in hunc modum decreta est.

Universi Senatores et terrarum Nuncii attendentes
Monetam que in terris Prussie cuditur: adeo auctam
et noxiam esse: ut diutius sine ingenti detrimento re:
gni tolerari non possit: Statuerunt et decreverunt,
unanimiter, iterum Sacra Mti Regie humillime

supplicandum: ut Mtas sua ipsam cusionem Monete ubique tam in terris Prussie quam etiam alibi sistere mandaret: et quamuis Mtas sua Regia iam de cessanda ipsa cusione suam benignam et propensam voluntatem declarare dignata sit: tamen quia Illmus dominus Dux Prussie, ab ipsa cudenda desistere recusat: et indignum videretur, antequam ille cesset, Mtem Regiam desistere debere: requirit quam Mtas sua consilium qua racione ille contineri deberet: omnium unanimis est sententia: quod cum neque Illmus Princeps: neque Regie Ciuitates in Prussia ullam unquam aliam facultatem habuerunt, neque habent Monetam, equalem monete regni: et que a regnicolis recipi deberet, cudendi, nisi a Mte Regia nouissime concessam: sua vero Mtas ut ex iure regni ipsa facultatem Monetam cudendi nonnisi de consensu et decreto Senatus regni sui habeat: neque illam sibi Mtas Regia ut iustissimus Princeps hactenus usurpauit: ita hac facultate maiorem et ampliorem facultatem aliis concedere iuste non potuit: neque illi eam sibi usurpare possunt, cum id non solum iuribus regni, sed etiam transactioni et superioritati Regie contra ipsorum Iusiurandum et tenorem Transactionis plane repugnaret. Proinde supplicant uniuersi etiam atque etiam ut sua Mtas Regia habita racione tanti detrimenti regni sui, tandem et suam et aliorum quoque omnium cusionem eiusdem Monete in regno recipiende sisti iubeat. et rebelles iure et potestate sua Regia coerceat.

Cum Do. Duce Prussie aget Mtas sua, ut et ille quoque cesset a cudenda Moneta, quamuis ipse reluctetur a datis sibi Priuilegiis recedere

Porro cum uniuersi regnicole persuasum habeant eam ipsam Monetam esse depravatam: et precii equo vilioris, mandare dignaretur Mtas sua Regia tam Prefectos et Procuratores rei Monetarie quam eciam Ciues qui illam cudunt, in futuro Conuentu regni proximo se sistere, et palam se iustificare: Et interim in precipuis locis et Ciuitatibus probationem ipsius Monete fieri: ne cum antecessores Mtis sue tales excessus et peculatum impunitum non sinebant, etiam magnis regni Proceribus: nunc his # modernis Prefectis et Procuratoribus in ea opinione et suspicione hominum, existentibus aliqua ob hanc causam sinistra existimatio, graues querimonie ac demum alique turbe inter homines excitarentur: que hac potissimum racione sopiri posse videntur.

Viliorem monetam tam in sua quam in Ciuitatum officinis cusam quam fuerit constituta non putat Mtas regia et moleste fert quod a suis, clamoribus istis vituperetur, cum ab externis auide capiatur.

De citandis officinarum Prefectis superuacaneum est. Nam in officina Torunensi prefuerunt probande monete Consiliarii illarum terrarum. Tamen si aliquid tale ex aliqua officinarum exisse probari poterit, non erit difficile inuocare eos, qui vocandi erunt, et instituere legitime actionem contra illos

hoc loco accusabatur Iostus Iodocus Decius Germanus: Consul Cracouien qui Prefectus erat officine Monetarie in Thorunio ex usu

Ordinem et loca Castella: norum ut a dominis est con: scriptus facile patietur Maiestas sua, cum sua nil intersit, modo in alio Conventu, quod raro fit hic ordo omnibus probe: tur. Satius itaque censet Maiestas sua, ut hic articu: lus expectet presentiam Maiestatis sue in alio Conventu

Et quoniam magna plerumque difficultas cum dominis Castellanis de locis inter se contendentibus incidere sole: bat: que et publica negocia non raro intertrubabat, atque morabatur: volentes in posterum ea molestia Maiestatem suam liberare: presertim cum nunc eius rei conficiende commodissimum tempus nobis fuerit oblatum: autho: ritate qua in aliis reipublice negociis Maiestas sua nos in presens fungi est dignata: Decretum eadem re feci: mus. Privilegiis antiquis, consuetudinique antiquitus observate innitentes ac sua quibusque loca secundum ordinem hic conscriptum, et secundum quod nobis equum et honestum videbatur designavimus perpetuoque attri: buimus.

Ordo Castellanorum

A

Castellanus Posnaniensis
Castellanus Sandomirien
Castellanus Calissien
Castellanus Voinicen
Castellanus Gnesnen
Castellanus Siradien
Castellanus Lancicien
Castellanus Brzesten
Castell. Juniwladislavien
Castellanus Leopolien
Castellanus Camenecen
Castellanus Lublinen
Castellanus Belsen
Castellanus Plocen
Castellanus Czernen
Castellanus Raven
Castellanus Sandecen
Castellanus Miedzirecen
Castell. Vislicienis
Castell. Landensis
Castellanus Biecen
Castellanus Rogosnen
Castell. Radomien
Castellanus Zawichosten
Castell. Srzemensis

B

Zarnoviensis
Malogostensis
Vielunensis
Premisliensis
Haliciensis
Sanocensis
Chelmensis
Dobrzinensis
Polanecensis
Osswientimensis
Przementensis

Castellanus Krzivinensis
Czechoviensis
Naklensis
Rosperiensis
Biechoniensis
Brzezinensis
Crusswiciensis
Bidgostiensis
Camenensis
Spiginiriensis
Inowlodzensis
Cowalensis
Santogensis
Visnensis
Raciassnen

C

Castellanus

- Varssouiensis
- Sochaczoviensis
- Gostinensis
- Sieprcensis
- Wissegraden
- Rippinensis
- Zakrozimensis
- Cziechonoviensis
- Linensis
- Conariensis in terra Syradien
- Conariensis in terra Lancicien
- Conariensis in terra Cuiavien
- Slonensis

Quod tam parva sit habita racio periculorum impendentium Ducatui et terris Prussie miratur Mtas regia que vindicavit Dnis non variis ducta rumoribus. Domini Pruteni nec portuum provisionem habent neqz suis ipsorum se viribus tueri possunt adversus Cruciferos, si qd illi inceptarent. Regnicole vero tam Ducem qz Terras Prussie tueri obligantur.

Coeterum quod attinet Terras Prussie: contra quas quedam molimina feruntur presertim Maritimis insidiis: Supplicandum est Mti Regie, vt tam Illem Dominum Ducem qz etiam Gdanenses serio admonere et mandare dignaretur: vt portus suos diligenti et oportuna custodia provideant: quibus bene provisis, vt id non magno negocio fieri potest: metui non poterit vlla periculosa irruptio, Et cum ipse terre Prussie nulla re adesse solent regno adversus hostes alios saltem ipsi se a suis quibus sufficere possunt domi provideant et tueantur.

Admonebit quidem iterum Mtas Regia Do. Ducem: sed ille induratus est in proposito suo

Placuit autem vehementer omnibus dominis Consiliariis admonicio Sacre Mtis Regie, quam facere dignata est ipsi Illmo Domino Duci Prussie, tam de religione restituenda qz etiam aliis que honori et bono statui eius officiunt: que ab eius Illte non perinde accepta esse vt debuerunt, sit ac ineptas raciones quibus innititur non probant: Supplicant tamen Mti sue regie, vt quocumqz modo eius Illtas sapientissimum Mtis sue consilium et admonitiones accipiat: ipsa nihilominus ab officio pii et Christiani Principis dignetur non desistere, salutarem agens medicum qui egrorum proterviam, dum oportuna adhibet remedia non attendit

Offerent etiam domini Legati Sacre Mti Regie Legationem ipsius Illmi Do: Ducis quam habuit in Conventu, et supplicabunt Mti sue Regie, vt, quemadmodum eius Illtas postulat dignaretur Mtas sua et terminum Limitum, et aliquos dominos ex regno, qui illi adessent, designare et illi per lras suas declarare.

Data iam erat Instructio dominis Commissariis, et item repetere quis omnino prescribi non potest, quid faciendu sit ad allegationes nondu cognitas. In Conventu potius illo captandum erit e re nata consilium

Item quia rursus instat Conventus cum dominis Slesitis habendus, ad differentias et iniurias vtrimq; componendas: petenda est Sacra Mtas Regia, vt eos dominos qui ad Conventum istum ituri sunt instruere dignaretur quid faciendum erit vbi isti qui hostilitatem regno indixerunt, perstabunt in sua sentencia quam in aliis Conventibus preteritis declararunt, neq; ab illa dimoveri potuerunt, exigentes videlicet pro iniuriis suis quas pretexunt non solum magnā pecunie summam, sed etiam annuū à Mte sua Regia stipendium. Que condiciones et indigne et intolerabiles videntur.

Quod articulos Nunciorum domini non expenderunt prius neq; consilium super his prebuerunt, auxerunt et laborem et difficultatē Mti sue Regie

Postremo Mti sue articulos à Nunciis terrarū Dominis Consiliariis oblatos reddent, et declarabunt in his esse peticiones terrarum varias, quas domini Consiliarii neq; legerunt, neq; expenderunt. nolentes quicq; absq; R. Mte sua de illis diffinire. Sed neq; tempus erat idoneum et sufficiens ad illos excutiendos citra negocii defensionis remorationem. sed sic, vt sunt oblati, ad Mtem suam, non inconsulto remittendos censuerunt. Supplicant, vt Mtas sua pro sua prudencia cum domini Consiliarii hoc tempore in Conventu fuerint pauciores, q; vt illis recensendis deligendisq; sufficere possint, ipsa singulas cuiusq; terre peticiones expendere in illisq; que secundum Iura et Privilegia regni sunt: aut alias iusta et honesta Mtas sua regia illa admittere dignetur, ne talibus non impetratis difficiles [illegible]


Vide hec postulata seu articulos Nobilitatis per sediciosos duribus Sborowskiis, confectos. Libro seu Tomo 15. inter negocia anni 1537


turbulenti reddantur futurorum Conuentuum successus.

Quibus dictis et redditis, verbis quȝ poterunt ornatioribus
uti sue Regie nomine omnium ordinum supplicabunt, vt
Mtas sua sicut Catholicus Princeps literis ad Capitaneos
locorum datis, seuere mandare dignetur, quo Statuta et
decreta pluribus anteactis annis et Conuentibus contra Cen:
sureis insordescentes ac improbos homines, qui hereticis dog:
matibus sunt infecti: edita summa vigilantia et cura
exequantur. Nec permittant vt publice, vel priuatim teme:
re de religione disputantes plebem erroribus et pernici:
osis sermonibus inficiant. Nam domini Consiliarii audi:
erunt in aliquot insignioribus locis recens exortos au:
daces et malignos literarum sciolos: qui palam non solu̅
in religionem et ritus ab vniuersali Ecclia approbatos:
sed etiam in Mtem suam, et clerum famosissimis libellis
sunt impune inuecti, et summo conati studio, vt in preci:
puis Ciuitatibus plebem ad sedicionem propensam, quouis
modo in malam de religione sentenciam pellicerent et de:
inde aliquam pro sua libidine perniciosissimam sedicione̅
reipublice, et quietis consiliis noxiam excitarent. Que
nisi prudenti et seuero anteuertantur consilio, sine procul:
dubio aliquam grandem regno perturbationem allatura.
Quemadmodum iam Gdam eo res spectare videtur opera:
rio quodam Pancratio Monacho Sancti Dominici Conci:
onatore perniciosissimo vnde quȝ celerius esset huic malo
occurrendum seuerioribus mandatis ad Consulatum datis
ne nouissimus error fiat peior priore.

Dabuntur litere ac mandata ad Capita:neos in negocio fidei, immo et de hiis qui sunt apud Luteru̅

Ad Gdanenses missi Commissarij





Sigismundus primus Rex Polonie,
Joanni de Tenczin Castellano Lublinen:
Marshalco Curiae. .
Sebastiano Opalieniczki Custodi Posn:
Secretario Regio

Perscripserunt nobis cum plerique Prefecti mei ex confiniis Vala: chie, tum Generosus Joannes Cola Castellanus Haliciensis, Dux militum nostrorum mercenariorum, Valachum hostem nostrum sum: ma vi incursionem in regnum nostrum moliri, ut quoad posset oia longè lateque edibus incendiis et predis abigendis vastet, quam: primum glacies firma constiterit, et maxime cum acceperit mili: tes ex presidiis qui illic sunt in hoc usque tempus, esse deductos. Jd quod planius ex literis ipsis quas cum his pariter ad vos trans: mittimus intelligetis. Quare mandamus vobis ut id in celebri: tate ista Comiciali, ordinibus regni mei verbis meis in mediu proponatis, et hortemini atque postuletis etiam, ut ineatur ratio, per quam aliquanta pecunia cogi et militibus presidiariis vel omnibus, vel magne parti stipendium in hanc hiemem promu: tuari et persolvi possit. Neque enim videmus quanam alia rati: one hoc tempore improbis istius hominibus conatibus obviam iri possit. Quod si quid erit constitutum commonefacietis mox Thesaurarium regni mei, ut is primo quoque tempore milites de stipendio prorogando faciat certiores. Ad quem etiam ea de re mandata dedimus. Dabitis ergo operam ut hac re diligen: ter exequenda et ditionum mearum securitati consulatis et no: bis gratum faciatis Valete Vilne 23 Novembris 1535

Ioanni de Thenczin Castellano Voinicen
et Sebastiano Opalieniczki

Mgce et Venblis sincere nobis et fideles dilecti Literas quas istuc ad Consiliarios regni mittimus reddetis verbis nris, curabitisq3 diligenter vt ea de re de qua scribimus mature in medium consulatur et vt celeriter responsum per hunc nrum Cubicularium habeamus In quo facietis offitium vestrum Bene valete Vilne. 7a Decembris Anno domini 1535

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis regni in Comitiis Piotrconien

RME, Rndi, Mgci, ac generosi sincere nobis dilecti. Non obscurum est quibusdam ex vobis, hiis maxime qui Cracovie nuper in Nuptiis Illme filie nre Hedwigis affuerunt: petisse à nobis Ill: do. Joachimum Marchionem Brandemburgen, generum nostrum, vt qua se complecteremur propensione, eam eo argumento testatam faceremus, vt se quoq3 in successionem Ducatus Prussie quemadmodum fratres germanos domini Ducis Prussie admitteremus. Cui nos ita tum respondimus, vt negaremus id nobis in manu esse facere, absq3 publico omnium ordinum regni nostri assensu. Itaq3 reiecimus eam rem in hoc vsq3 tempus Comiciorum, vt ne quid nisi ex sententia vra faceremus. Vestrum ergo erit ea de re in medium consulere, nobisq3 rescribere quid ea de re faciendum ac respondendum esse nobis existimabitis Quod feceritis pro fide vra et gra nra. Bene Valete Vilne 23 Novembris Anno domini 1535

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Consiliariis regni in Comitiis

Rme et Rndi in Chro patres. Mgci et generosi nobis sincere et fideles dilecti. Accepimus venire ad nos Abrahamum Legatum à Palatino Valachiæ cum ea legatione ut postulet à nobis, ut demus negotium aliquot Consiliariis nris qui profecti ad Arcem Camieniecz ad confinia cum ipsius Consiliariis ea de causa ad Arcem Chotim missis, condicto tempore, ineant rationes quibus vel induciæ vel pax certa inter nos et Dominia nra componantur. Jamque iste Abrahamus Lithuaniam ingressus esse fertur: quum autem omnium ordinum ac totius regni hæc res intersit noluimus prætermittere quin vos ea de re certiores faceremus, scire cupiens quæ vra sit sententia paxne perpetua an Induciæ componendæ et quibus legibus atque condicionibus componendæ sint, denique de universo hoc negocio quid faciendum sit. Nolumus enim absque consilio vro quicque constituere atque respondere: quare cupimus ut mature et diligenter ea de re in medium consulatis et sententiam vram descriptam per hunc Cubicularium nostrum celeriter ad nos transmittatis: quod feceritis ex fide et officio vro. Bene valete Vilne vij^a Decembris 1535

Sigismundus primus Rex Polonie
Stanislao Tarlo Archidiac° Lublinen

Venerabilis fidelis dilecte. Permultum refert scire ordines regni nostri qui nunc in Comitiis Piotrcouie congregati sunt quid responsi dederit Serenissimus Rex Romanorum ad eam Legationem qua f. tua apud ipsum nostro nomine functa est: quare mandamus f. tue ut ad Commentum eo quidem unum, ad nos vero alterum exemplar illius responsi sine mora mittat: quod fecerit pro debito suo et gratia nostra Vilne xxiij Nouembris 1535

Vide hanc legationem infra folio 148.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi
Luce de Gorca Palatino Posnanien
Stanislao Tomiczki Palati° Calissien
Andree de Gorca Posnanien Castellano
Calissien Castellano

Reverende in Christo Pr: ac Mgci: sincere nobis dilecti. Mittimus ad S. vestras exemplum responsi Serenissimi Regis Romanorum ad Legationem nostram de componendis finitimis controuersiis atque dissensionibus: de quo consultabitis inter vos an consultum videatur ita eam rem agi et institui quemadmodum ille cupit: an vero mutari quicque placeat, vel addi, vel tolli ac primo quoque tempore nobis sententiam vestram perscribetis, ut eum de voluntate nostra certiores faciamus, et res tandem ad optatum exitum perducatur. Nam diem transigendis his negotiis videmus necessario alium quam ad ferias Purificationis Marie nobis condicendum esse: propterea quod breue est spatium temporis ad eum diem. Miramur autem nihil ad nos ea de re à vobis hactenus perscriptum est, quum Venerabilis Stanislaus Tarlo is qui eam Legationem nostro nomine obiuit, dicat

se exemplum responsi Serenissimi Regis Romanorum ad quosdam ex vobis quum adhuc essetis Piotrconie in Comitiis congregati quemadmodum nos insseramus transmisisse. Facietis ergo officium vestrum et nobis gratum si nobis absque mora consilium vestrum descripseritis Bene valeant. S. vestre Vilne. x. Januarii.

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Regi Romanorum Vngarie et Bohemie

Serenissime Princeps et domine affinis et consanguinee charissime. Rediit ad nos Venbilis Stanislaus Tarlo cum responso Maiestatis vestre ad Legationem nostram ex quo intelleximus nos quidem studium et voluntatem vestre Maiestatis de componendis vel tollendis istis odiosis finitimorum subditorum nostrorum inter ipsos dissensionibus, sed serius intelleximus quam vt congressum Commissariorum nostrorum ad ferias Purificationis Marie perfici posse existimemus: factum enim est partim itineris longinquitate, partim immodicis aquarum exundationibus vt ille tantum temporis ad nos reuertendo consumpserit vt id quod est reliquum spatium hinc vsque ad eum quem commemorauimus diem vix satis esse putemus vt he litere nostre ad Maiestatem vestram perferantur, nedum vt ad officiales nostros quorum opera et consilio in ea re vtimur scribere, atque illorum sententiam accipere ac Maiestati vestre declarare possimus: quo vestra quoque Maiestas ad suos ea de re mandata det. Itaque postulamus Maiestatem vestram vt hanc morulam nostram equo animo ferat et suos subditos in officio contineat tantisper dum nos cum Consiliariis nostris deliberati, Maiestatem vestram de voluntate nostra certiorem faciemus. Nos vicissim et in hac re prouidebimus, ne quid ex nobis aut ex meis hominibus dissidii oriatur, et in aliis que Maiestati vestre grata esse sciemus, libenter quod necessitudine nostra mutua dignum

Vide horipsum in legatione ad Ferdinandum folio 87

exit faciemus. Cupimus autem V[est]ram longum sospitem et fortunatam esse Vilne Januarii 1535

Piotrkouie in Conuentu
Decretum dominorum executionis
Statutorum: In fine anni 1535
Rege agente in Litu[ania]

Nos Prelati, Barones: Consiliarii vtriusq[ue] ordinis in Conuentu generali Piotrcovien[si] congregati volentes postulationi dominorum Nunctiorum terrestrium satisfacere: exigentium decretum nostrum de exequendis omnibus Iuribus: Priuilegiis: Statutis Regni que debito modo non seruarentur: ea qua vigore p[rese]ntis Conuentus in hac parte fungimur authoritate decreuimus et statuimus vt omnium et singulorum Iurium Priuilegiorum et Statutorum in libro Statutorum Regni contentorum et aliorum Statutorum in Conuentibus generalibus laudatorum et approbatorum: intra hinc et futurum Conuentum generalem fiat in omnibus debita exequutio et obseruatio In cuius rei fidem.

Decretum Consiliariorum Conuentus generalis: vt per Sigismundum primum Regem Poloniæ, patrem, fiat executio Priuilegiorum regni: priusq; Rex iuuenis Sigismundus Augustus iuramentu subditis præstet et vt Ecclesiæ: Monasteria: Ciuitates: Prussia: Gdanum: Thorunium Priuilegia sua in futuris Comitiis regni ostendant: ac vt iuri comuni contraria cassentur.

Actum In Conuentu Petrocouien. In fine anni 1535. Rege in Lituania agente.

Hoc decretum non est executum. Nam multa Statibus regni noxia in eo occulte clauduntur.

Nos Prelati, Barones: Consiliarii Regni Poloniæ spirituales et Seculares vtriusq; ordinis in Conuentu generali moderno de mandato Sacræ Mtis Regiæ domini nostri clementissimi congregati. Significamus tenore pntium vniuersis et singulis quod cum nuncii omnium terrarum regni et terrarum Masoniæ etiam hic in hac Conuentione existentes nobiscum vna reuoluentes et proponentes plurima in Juribus Statutis et Priuilegiis Regni contenta, non debito modo non demq; iuxta exigentiã prefatorum Statutorum: Jurium et Priuilegiorum Regni, obseruari et manuteneri, à nobis exposcerent et exigerent, vt omnia generaliter Priuilegia Regni communia iuxta exigentiam eorum iam pristino Statui reducantur, executioniq; debite demandentur: ac omnia Jura Priuilegiaq; priuata vzt Monasteriorum: Ciuitatum: Oppidorum: Ecclesiarum et quarumcunq; personarum Spiritualium et Secularium cuiuscuq; conditionis existentium quæcumq; Juri communi contraria reperta fuerint tam in priuato q; in communi concessa cassarentur et abolerentur exceptis aliquarum terrarum consuetudinibus ex consuetudine priuata obseruari solitis. Nos itaq; considerantes et animaduertentes totam rempublicã huius inclyti Regni eo quod supra tactum est maxime

indigere: imo absq3 eo vt plurimum indies periclitari Nolens ipsi reipublice et bono Statui Regni assistencia consilio et protectione nra pro fide et debito vt tenemur deesse vigore et authoritate huius generalis Conuentus decreuimus et statuimus vt omnium et singulorum Priuilegiorum Regni communium in Conuentibus generalibus et alibi vbicumq3 laudatorum et approbatorum iuxta exigentiam eorundem intra hinc et proxime futurum Conuentu Regni generalem et anteq3 Serenus Princeps et dominus do Sigismundus Augustus Dei gra Rex Polonie iuuenis prestaturus erit iuramentum, quod in Conuentione generali Regni prestare debebit, fiat in omnibus executio debita et obseruatio quibus omnibus suprascriptis nos assistere et pro debito nro efficere promittimus et pollicemur. Promittimus etiā nos intercessuros et acturos apud Sacram Mtem Regiam q eadem Mtas Regia mandare dignabitur omnibus Monasteriis Ecclesiis: Ciuitatibus: oppidis: et terris ac Ciuitatu Prussie, et presertim Gedanensibus et Thorunensibus, vt Iura et Priuilegia quecumq3, per eos habita et qualitercuq3 obtenta, in praefata proxime futura Conuentione generali reponerent que pretenduntur Iuri communi esse contraria: que si iuri communi contraria reperta fuerint vt cassarentur et abolerentur.

Insuper pollicemur et promittimus quia nos intercessuri sumus et intercedemus ad Sacram Mtem Regiam, q eadem Sacra Mtas Regia hoc nrm presens decretum confirmare dignabitur et debite executioni demandare intra hinc et Conuentu Regni generalem: et literas confirmationis pntis nri decreti ad omnes Palatinatus pro Conuentibus particularibus per suos Nuncios transmittere in manus Nobilitati in Conuentibus prefatis particularibus proxime celebrandis congregate dare realiter et cum effectu: Cui promissioni nre nos pro debito nro satisfacere spondemus et easdem lras confirmatiois

praesentis Decreti expedire nos obligamimus. In cuius rei testimonium

Promissio Consiliariorum Regni facta Nunciis militarium in Conuentu Piotrcouien de obtinenda à Rege executionis Statutorum.

Nos Praelati: Barones: et Proceres, ordinis utriusque, Regni Poloniae Consiliarii, in Conuentu generali Piotrcouien de mandato Sacrae Mtis Regiae domini nostri clementissimi congregati: praesentibus testatum facimus quod cum terrarum Nuncii nonnullos articulos in medium proposuissent, qui secundum Iura et constituciones regni exequutione indigerent, exigerentque à nobis ut ipsos articulos et alia omnia quae in Statutis et constitucionibus regni tam antiquis quàm nouis in Conuentionibus generalibus laudatis et approbatis continerentur neque debito modo obseruarentur, ad effectum exequutionemque deduceremus. Nobis vero integrum non fuerit aliqua alia quae potissimum ad authoritatem Sacrae Mtis Regiae pertinerent agere et constituere, nisi de speciali eius Mtis mandato, quo in presens caremus: nolentes nihilominus iustis peticionibus ipsorum dominorum Nunciorum et reipublicaeque Iuribus et bono statui Regni deesse: fidemque adhibentes quod Mtas sua Regia uti Princeps iustissimus et clementissimus, et iustas subditorum suorum preces exaudire iuraque et consuetudines regni secundum Iusiurandum suum obseruare et manutenere nunque recusare dignabitur: quemadmodum quantum in ipsa est hactenus obseruare et manutenere consueuit, polliciti sumus et tenore praesentium pollicemur ipsis dominis Nunciis terrarum, nos una cum illis in futuro Conuentu generali ubi Mtas Regia aderit omni opera et diligentia nostra fideliter et suppliciter agere apud eius

Maiestatem vt omnia que in Iure et constitucionibus regni tam veteribus quam nouis in Conuentionibus generalibus laudata et approbata continentur neque debito modo obseruantur ad pristinum robur firmitatem et exequutionem per Maiestatem suam reducantur In cuius rei testimonium



Ioannes Choienski Epus Plocensis
Andree Comiti in Tenczin Castellano
Cracouiensi

Illustris et Magnifice etc Doleo maiorem in modum Magnificentiam Vestram tam diu aduersa valetudine afflictari. Cui ego, pro mutua mea necessitudine, omnia fausta atque prospera semper euenire cupio. Regia Maiestas benigne admodum excusationem Magnificentie Vestre admisit, persuasum enim habet, non aliam fuisse causam, quominus Vestra Magnificentia proximis Comitiis interfuerit, quam morbum. Hanc vero tantam esse, vt maximos etiam Principes atque Reges ab administratione reipublice, abstrahat, quamquam ego cuperem Magnificentiam Vestram istis Comitiis interesse potuisse, que sic preter omnium meam expectacionem dissoluta sunt, vt nihil in hiis de defensione more solito constituenda decretum sit. Cupio vt Magnificentia Vestra primo quoque tempore pristina sanitate recuperata longum sit sospes et incolumis. Cui me et obsequia mea commendo Vilne septima Januarii 1536

99 22a

Dialogus, de Dieta, Piotrkovie ad diem S. Catherine in fine anni 1535 sine rege: per solos Consiliarios et Nuncios terrarum acta, Nemine, et reip., interlocutoribus: a Stanislao Odrowassz Palat. Russie: et a Stanislao Laski Castellano Premerensi iuvenibus Consiliariis: per iocum et Lusum in coipso Conventu dum fluctuaret agereturque, factus.
Item alter Dialogus ab Andrea Cricio Archiepo Gnesnen: Repa. Nemine, et omni interlocutoribus, scriptus: hoc loco poni debebat. quos infra vide folio 158. et sequentibus.

Fremebant in Cricium Consiliarii, et plerique ex equestri ordine, ob eum dialogum quem Laski et Odrowassz scripserunt: credentes a Cricio factum esse. Cricius capta occasione, scripsit eadem re alterum dialogum. Urbane atque argute sub ludicro argumento rem seriam tradavit.

Ioannes Choienski Epus Plocensis
Severino Boner

Mgce etc. De Mgci domini Andreae Tanczinski Castellani Cracovien. obitu doleo maiorem in modum, tum quod vir ille ingenio suo, et multarum rerum cognitione, Principibus nostris et reipublice utilis esse potuerit, tum quod vereor quorsum iste tam crebrae optimatum mortes evasurae sint. utinam quidem nihil mali nobis neque ferant, neque portendant. Sed tamen non elegantissima ea Corona est de qua precipui flores exciderunt, neque satis tutus est grex à Lupis, cuius custodes fero: cissimi quique canes de medio tolluntur. Itaque Deus nobis orandus est, ut bonum hisce rebus exitum prestet. Commendo me Mciae vrae Quam salvam et foelicem esse cupio. Vilne xiii Januarij Anno domini 1536

Litere primarum Restium
Sigismundus primus Rex Poloniae.

Universis et singulis Palatinis, Castellanis, Dignitariis, officialibus, Terrigenis, Nobilibus, Advocatis, Sultetis, et Civibus, coeterisque cuiuscunque status condicionis et preeminentie subditis meis, bona quecunque terrestria haereditaria et obligatoria possiden. et ad expeditionem bellicam generalem de iure vel co: suetudine regni mei obligatis, sincere et fidelibus dilectis gratiam meam Regiam, Mgci, Generosi, Nobiles, et famati, sincere et fideles dilecti. Etsi hic summus rebus Lithuaniais vehementer occupati, nunque tamen intermittimus sollicitj esse de prospero regni mei Polonie rerum Statu, Eam ob rem indixeramus generalem regni Conventum Piotrconie ad festum Sancte Catherine, ut ibi de defensione publica in medium consuleretur atque constitueretur, verum ibi nescimus quonam impulsu, nulla pecuniaria defensio, sed generalis motio belli decreta est. Quod ergo sciamus multos esse undequaque hostes, qui in perniciem regni

mei parati, id solum expectant, ut id defensione destitutum securi invadant. Mandamus vobis hisce primis vestram lras, ut ad bellum ab equis et armis pro debito vro parati sitis, ita ut quum vobis ultimis vestram lras significaverimus, sine omni mora ad eum diem atqz locum quem ultimis illis literis constituerimus proficiscamini, sub ammissione omniu bonorum. Illud etiam mandamus sub poenis nostris Regalibus, ut has literas unusquisqz vicino suo porrigat, ultimus vero ad Capitaneum loci referat aliter non facturi pro gratia nostra. Vilne quinta Januarii Anno domini 1536 Regni mei anno 29.

S. Rex. P. Ad Praefectos terrarum

Magce sincere nobis dilecte. Quum nuper in Comitiis regni mei generalibus Piotrcoviae ad festum Sancte Catherine mandato nostro celebratis, nulla pecuniaria defensio, sed generalis belli expeditio constituta sit, providentes ne quispiam hostis regnum meum defensione destitutum insigni aliqua clade afficiat, dedimus primas et secundas lras vestram ad universos quos ad bellum proficisci oportet, ut bene ab equis et armis parati sint. Itaqz mandamus F. tue ut eas lras primas quidem illico, secundas vero post quatuor septimanas post primas, in sua Praefectura in locis publicis, in templis atqz foris oppidorum et pagorum per Praeconem vel ministerialem publicari iubeat, et ad Nobiles etiam privatim mittat pro gratia mea non aliter factura. Vilne quinta Januarii Anno 1536 regni mei 29

SECVNDE RESTES

Sigismundus primus Rex Poloniae.

Vniversis et singulis etc. Mandavimus vobis antea primis restin literis ut ab armis et equis ad bellicam expeditionem generalem parati essetis. Nunc iterum secundis restibus etiam atque etiam mandamus omnino, ut bene rebus omnibus ad bellum necessariis instructi sitis, ita ut quum tercia adhuc mandata nostra acce:peritis, ad locum et diem in mandatis à nobis constituendum tempe:stive adsitis sub poena ammissionis omnium bonorum. Has quoque literas, ut alius ad alium viciniorem sine mora transmittatis ultimus verò ad Praefectum loci perferat, mandamus sub poenis nostris regalibus. Nec aliter faciatis pro gratia nostra. Vilnae decima Januarii Anno domini 1536 regni mei 29

Sigismundus primus Rex Poloniae

Ad CAPITANEOS Arcium.

Mgce Generose sincerè nobis dilecte. Quum cogantur Civitates et Oppida nostra ex debito curruus victualibus onustos ad gene:ralem bellicam expeditionem mittere. Mandamus F. tuae, edicat iis Civitatibus atque oppidis, quae in Praefectura ipsius sunt primo et secundo, ut omnia necessaria diligenter parent, ita ut quum terciis restium literis mandaverimus, tempestive quo et quando jusserimus, eos mittant, sub poenis meis Regalibus aliter ne faciat F. tua pro grá meá Vilnae undecima Ja:nuarii 1536 Regni verò nostri 29

Terciae restium littere
Sigismundus primus Rex Polonie

Vniversis et singulis Palatinis, Castellanis, Dignitariis, Officialibus Nobilibus, Terrigenis, Advocatis, Sultetis, coeterisque subditis nostris cuiuscunque status sexus et conditionis bona quecunque terrestria haereditaria et obligatoria possiden[tibus] ad expedicionem bellicam generalem de iure vel consuetudine regni nostri obligatis, sincere et fidelibus dilectis graciam nostram Regiam Magnifici Generosi, Nobiles et famati: Mandavimus vobis ante hac binis restium litteris, ut ab armis et equis bene parati essetis, sic ut quum tercia mandata ad vos dedissemus expediti ad locum constitutum ad generalem bellicam expedicionem proficiscere:mini Quare nunc iam mandamus vobis etiam atque etiam universis atque singulis ut pro suis quisque facultatibus, armis, equis et Comitatu instructi ad ipsum bellum profici:scamini et in crastino Sancti Joannis Baptiste ad oppidum nostrum Glinianii omnes adsitis Civitates quoque et oppida pro debito suo currus commeatu onustos eo mittant. ac ne quid eius quod de bellica expedicione vel moribus, vel legibus atque constitucionibus regni sancitum est pretermittamus, indicimus particulares Conventus vobis in terra, [vestra] et districtu Prossemiren[si] habitand[os] in ——— ad diem N. quo volumus ut omnes conveniatis, et cum Castellanis vestris, ea que Statutis continentur diligenter constituatis atque illi quoque vobiscum idem faciant, ut sic deinceps secundum constitucionum prescri:ptum proficiscamini. In profectione vero mandamus iterum atque iterum, ne cuique vel spirituali, vel cuiusuis alterius ordinis et condicionis homini, neque Nobili, neque subdito cu:iusque vim afferatis iniuriamne faciatis, aut que ad victum pertinent, preter consuetudinem et Statutorum prescriptum excipiatis, severe enim et absque ullo laxamento de hiis qui huic mandato nostro et statutis non paruerint poenas supplici

ac nimiam licentiam refrenaturi simus. Quoniam autem petiue:
runt à nobis pleriqz Consiliarii mei suo ac Nobilitatis nomine
quod haec bellica expeditio gravis et molesta ferme omnibus futura
esset hoc tempore, propter magnam omnium rerum caritatem et
penuriam, qua prope universum regnum Poloniae laborat, adhec
etiam cum periculo coniuncta quod ii qui Ungariae Slesiaeqz vicinas
habent possessiones, verentur ne se absentibus, domus suae latro:
cinis infestentur uxoresqz et liberi oppugnentur. Has ob cau:
sas quoniam petiuerunt à nobis ut permitteremus ut ipsis de
defensione constituenda inter se consultare liceret, etsi non temere
mutare solemus ea, quae publico omnium ordinum consensu in ge:
nerali Conventu decreta sunt, tamen ne prorsus illorum petita
reyceremus, et quod videmus perutile atqz adeo necessarium
esse hoc illorum consilium, annuimus, ut ea de re inter vos
in dictis particularibus Conventibus, in medium consulatis,
quomodo vobis domi manentibus respublica milite merce:
nario commode defendi possit, atqz ea de re ex districtu vro
Nuncium cum summa plenaqz ptate ad terrestrem Conventum
quem in Corczin: ad diem . N. constituimus, mitta:
tis, sic ut si de alia defensione convenire concordi senten:
tia non poterit, ad bellicam istam expeditionem, ad locum atqz
diem constitutum nihilominus proficiscamini sub poena ammis:
sionis omnium bonorum. Has autem litteras alius ad alium
vicinum transmittatis, postremus autem ad Praefectum loci re:
ferat sub poenis meis Regalibus. Vilnae sexta Marcii
Anno domini 1536.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ad maiores regni Consiliarios

Reverende in Christo Pater Magnifice sincere nobis dilecte. Licet hic simus magnis negotiis gravique bello occupati, tamen pro debito meo officio non desinimus de commodis et tranquillitate regni mei cogitare. Quum autem in praeteritis Comitiis generalis belli expeditio ad arcendam vim hostium et regnum defendendum, publico omnium consensu decreta sit, statuimus eam diligenter persequi. Itaque terna iam mandata quas vocant restium literas, ad subditos meos dedimus ut ab armis et equis bene parati, apud oppidum nostrum Glinianii in crastino Sancti Joannis Baptistae omnes adsint, atque hoc tantum spacii ad eam expeditionem esse voluimus propterea, quod neque nos etiamnum hic aliquid cum hostibus nostris Moschis constituimus, et nullo fine facto huic proficisci, et Ducatum hunc periculo et hostium incursiis obiicere, non convenit officio, dignitatique meae, neque, si maxime proficisceremur, possemus adducere subditos meos, ut in tanta rerum omnium penuria caritateque, quae in regno nunc est, nos ante nonas fruges subsequi sustinuerent. Jam vero quoniam petiverunt a nobis prope undique subditi mei, ut sibi de defensione decernenda inter ipsos per nos consultare liceret, si ut ipsis a bello immunibus, regnum meum milite mercenario defenderetur, propter non leves causas, quas ex terciis mandatis meis. S. tua cognoscet, assensi sumus, ut ea de re in particularibus Conventibus quos de more instituimus inter se congregnant. Quare hortamur S. tuam, ut attentis et bene ponderatis illis causis, defensionem decernendam, quantum in ipsa est suadeat. Quodsi non congreverint inter se nos ad constitutum bellum procedemus, ac S. tuam hortamur, ut sicut ipsa dignum est armis, equis, et Comitatu instructa nos consequatur. factura ex fide et officio suo et gratia

nostra. Porro non ignorat S. tua Valachum non quiescere sed hisce diebus, dum nobiscum Inducias facere petit expedita manu in ditionem meam incursione facta aliquot pagos exussit et maiora adhuc ausurum non est dubium presertim cum illi nobiscum nulla pax constet, confiniaqȝ omni presidio destituta videat, hortamur S. tuam vt hanc rem diligenter apud se animo reputet ac nobis consilium suum perscribat, quanam ratione illius improbis conatibus tantisper dum copie coeunt commode obuiam iri possit Factura est S. tua quod ipsa dignum et nobis gratum futurum est. Vilne septima Marcii Anno domini 1536.

Sigismundus primus Rex Poloniae.
Ad CASTELLANOS minores

Generose fidelis dilecte. exigente ita necessitate reipublice regni mei secuti sumus eam defensionem que nobis, relicta est ex Conuentu Procerum et Consiliariorum meorum superiori tempore in Piotrcow celebrato, bellica videlicet expeditio subditorum nostrorum generalis, eamqȝ ob rem, binas iam recitium literas ad Nobilitatem regni nostri premisimus, atqȝ eciam tercias nunc dimitti fecimus, et vniuersos ad profectionem generalem paratos esse, ac in crastino Sancti Joannis Baptiste ad bellum instructos apud opidum Gliniani adesse iubemus. vt autem profectio illorum ex Palatinatu isto tranquilla et innoxia omnibus statibus ac subditis regni mei esse possit, indiximus de more iuxta Statuti disposicionem particularem Conuentum in terra N in N. ad diem N. ad quem volumus vt F. tua proficiscatur, et illic cum aliis Consiliariis et statibus Nobilitatis, non solum de ea ipsa communi profectione, sed eciam de alia ratione defensionis publica, si qua fortasse excogitari possit sufficiens ac vtilis, preter hanc publicam Nobilitatis commotionem, pro fide ac

debito suo erga nos et rempublicam regni mei consulat et tractet Datum Vilne septima Martii Anno domini 1536

Rex. Ad Capitaneos

Mgce. Generose syncere nobis dilecte. Constant iam S. F. tue rationes quibus adducti binis vestrum litteris ad Nobilitatem regni mei vniversam ad bellum paratam esse iussimus. Quas prosequi et hoc quod officii mei regii est facere volentes tercias mandatorum meorum litteras in vim vltimarum vestiu mittimus mandamusque S. F. tue vt eas citra vllam moram, earumque tenorem in Ciuitatibus et oppidis Capitaneatus sui publico preconio nunciari et ad Nobilitatem deferri iuxta consuetudinem regni mei faciat atque vt omnes ea que iubentur à nobis, exequi et adimplere curent, auctoritate mea mandet. Ciuitates vero et oppida vt currus nobis debitos bene instructos ad tempus et locum in dictis literis expressum expediant et mittant, eodem preconio publico in Prefectura sua admoneri faciat sub poenis nostris regalibus, et bonorum omnium ammissione. S. F. tua aliter non factura Dat Vilne septima Martii Anno domini 1536

Conuentus particulares in omnibus terris regni fuerunt indicti, et gnalis in Colno ad consulendum de ordine proficiscendi ad bellu et in eodem Conuentu Colensi Contributio fuit decreta infrascripta

Sigismundus primus Rex Poloniae
Maioribus Regni Consiliariis

R. ME, Mgcia, Licet hic sumus magnis negotiis gravique bello occupati tamen pro debito meo officio non desinimus de commodis et tranquillitate Regni nri cogitare, quum autem in preteritis Comitiis generalis belli expeditio ad arcendam vim hostium et regnum defendendum publico omnium consensu decreta sit statuimus eam diligenter persequi. Itaque terna iam mandata quas vocant vestium literas ad subditos meos dedimus ut ab armis et equis bene parati apud oppidum meum Gliniany in crastino Sancti Joannis Baptiste omnes adsint, atque hoc tantum spatii ad eam expeditionem esse volumus propterea quod neque nos etiamnum hic aliquid cum hostibus meis constituimus et nullo fine facto hinc proficisci et Ducatum hunc periculo et hostium incursis obiicere non convenit offitio dignitatique meae neque si maxime proficisceremur possemus adducere subditos meos ut in tanta rerum omnium penuria caritateque quae in regno nunc est nos ante nonas fenges subsequi sustinuerent. Jam vero quum petiverint a nobis prope undique subditi mei ut sibi de defensione decernenda inter ipsos consultare per nos liceret, fit ut, ipsi a bello immunibus regnum meum milite mercenario defenderetur propter non leves causas quas ex terciis mandatis meis .S. tua cognoscet assensi sumus ut ea de re in particularibus Conventibus quos de more instituimus inter se congregant: Quare hortamur .S. tuam ut attentis et bene ponderatis illis causis defensionem decernendam quantum in ipsa est suadeat: quod si non congruerint inter se nos ad constitutum bellum procedemus, ac .S. tuam hortamur ut sicut ipsa dignum est: armis: equis: et comitatu instructa nos consequatur: factura ex fide et offitio suo et gratia nostra.

Porro non ignorat S. tua Valachum non quiescere sed hisce diebus dum nobiscum inducias facere petit expedita manu in ditionem meam incursione facta aliquot pagos exussit et maiora adhuc ausurum non est dubium presertim cum illi nobiscum nulla pax constet confiniaque omni presidio destituta videat: hortamur S. tuam ut hanc rem diligenter animo apud se reputet ac nobis consilium suum perscribat quanam ratione illius improbis conatibus tantisper dum copie coeunt comode obviam iri possit. Factura est S. tua quod ipsa dignum et nobis gratum futurum est Vilne 7a Marcij 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Comiti in Tarnow Castellano
Cracouiensi

Mgce etc Libenter ornavimus S. tuam Castellani Cracovien dignitati que ut summa est ita merito ad S. tuam et deferri debuit et delata est intuitu cum maiorum S. tue: tum vero ipsius S. tue erga nos meritorum speramusque fore ut S. tua deinceps etiam observantie sue erga nos et Serenissimum filium meum perpetuum tenorem servatura, regnoque meo studiis et consiliis suis ornamento futura sit.

Quod attinet ad Conventuum instituendorum rationem quam S. tua perscribere nobis non omisit grata est nobis hec diligentia S. tue ferme autem eandem nos secuti sumus rationem. Nam fecimus potestatem subditis meis ipsorum rogatu consultandi de constituenda alia defensione in particularibus Conventibus qui de more ante bellicam expeditionem celebrari solent Preterea indiximus etiam terrestres Conventus in Maiori quidem Polonia in Colo in Minori vero in Nova Civitate Korczin quo facilius omnes idem uno consensu decernant idque fecimus ita nobis

ita nobis consulentibus etiam istinc plerisqz Consiliariis nostris.

De cautione verò qua subditis meis caveamus: nos deinceps hoc nunc exemplo proposito non facturos esse irritas Comitiales Constitutiones non videtur nobis esse satis consultum ut eam ultro offeramus ne bellicam istam expeditionem dissolui, nimis cupere videamur sed tamen si id à nobis subditi flagitabunt non gravatim eis in hoc morem geremus ne quid cum sanctionibus regni publicis pugnans instituere velle existimemur. In his autem Conventionibus admitetur S. tua pro sua virili portione ut quod ex republica futurum sit publico omnium consensu decernatur. In quo fecerit S. tua et offitium suum et nobis gratum quę bene valeat Vilnę XV. Aprilis 1536

Legatio seu nunctiatio: à Sigismundo primo Rege Poloniæ: ad Conuentus Colensem et Corczinensem. 1536

Primum omnium Legatus Regiæ Mtis omnibus qui in Conuentu particulari fuerint congregati, summis pariter et infimis gratiam Regiam nunciabit: Deinde in hanc sententiam verba faciet.

Non est ambiguum Dbus Vris quid proxime peractis Comitiis Piotrconiensibus de defensione regni constitutum ac decretum sit: nimirum vt indicta generali expeditione, ipsemet Dnes Vræ armis et corporibus suis, vim signa ingrueret, à se, à liberis, à Coniugibus, à facultatibus et possessionibus suis, atqz adeò à toto regno arcerent. Eam expeditionem Regia Mtas, etsi vehementer occupata est Lithuanicis negociis: tamen, qd indecorum et inconueniens sibi esse existimat non etiam rebus et tranquillitati regni sui quantum in ipsa est prospicere: et qd non temere solet de publicis negociis preter publicum omnium ordinum consensum quicqz instituere: eam inquam expeditionem summa cura atqz diligentia, quantum per occupationes Magni Ducatus Lithuaniæ posset prosequi decreuerat, quanqz multis de causis hoc tempore incommoda fore iudicat.

Sed cum vna atqz altera mandata, quas Restrum litras vocant, ad omnes subditos suos regni Poloniæ inhabitatores dedisset, vt quicunqz ex debito ad bellum profectmi essent, ab equis et armis qz optime essent parati: ibi tum magna atqz adeò maiori ex parte regni petitum est atqz flagitatum ab ipsius Mte, vt omissa ista expeditione quæ ob frugum et annone caritatem atqz penuriam hoc anno futura esset difficillima damnosissimaqz, denuo Conuentus indicerentur, in quibus deffensio regni, alia quacunqz ratione, qz per publicam istam expeditionem constitueretur

Quę petiaó propter frumentarię rei difficultatem, quę cum in universo fere Regno Polonię, tum in Russia ac Podolia sit maxima: tametsi nil iniqui nihilq3 absoni habere videbatur: et antea quoq3 id factitatum esse Regia Mtas meminerat: tamen quia neq3 liquebat, eodem ne modo omnes subditi animati essent, neq3 tutum erat et consultum appetente iam tempore belli gerendi, regnum à bellica expeditione absolvere: et summo discrimini, ne ab hostibus qui ad omnem occasionem parati et intenti sunt vexaretur vastareturq3 exponere: non dissolvit quidem Regia Mtas expeditionem: mediam vero quandam viam invenit, quę minimum haberet periculi, et tamen subditorum desyderio esset accommodata: nempe vt in istis particularibus Conventibus, qui de more interq3 ante profectionem ad bellum celebrantur, integrum esset de constituenda defensione consultare et decernere. Quę res, quo facilius vno omnium consensu perfici posset: indixit Mtas Regia in vltimis Restium mandatis, Conventus Terrestres generales in Maiore quidem Polonia in Colo: ad feriam tertiam Rogationum: in Minore veró feria secunda post Stanislai in Maio in Nova Civitate Corczin, vt missis eo Nunctiis ex particularibus Conventibus publico consensu omnia transigerentur.

Quare cogitabunt. D. Vrę cum animis suis, quantum difficultatum incommodorum atq3 periculorum hoc anno ex generali expeditione vobis et vniverso regno oriturum sit propter istam rerum omnium penuriam et propter difficultates in quas Ducatus Lithuanicus conijceretur: si Mtas Regia non rite compositis et paratis rebus illius, ad istam expeditionem sic vti constituit proficisceretur. Nam si illi Ducatui aliquid adversi quod omen Deus avertat accideret interim: regnum quoq3 Polonię propter vicinitatem et foedera, in societatem mali atq3 periculi veniret. Atq3 eam Dnes Vrę inibunt rationem, qua et ista evitari possint et regno

aduersus vim et insultum hostium satis prospectum sit.

Quod si ea racio inita non erit, ac generalis expedicio potius prose:quenda videbitur, tametsi magna cum difficultate: tamen aderit Mtas Regia ad istud bellum. Sic enim res Lithuaniaci Ducatus componit, vt inde sic vt res et tempora ferent, qz minimo suo illiusqz incommodo abesse possit.

Illud vero. D. vris et omnibus subditis mandat etiam atqz etiam ne quis ad bellum proficiscens cuiqz vel seculari vel Ecclesiaco domino seu subdito damnum det, aut vim et iniuriam vllam faciat. Sic enim Mtas ipsius Regia animum suum obfirmauit, vt nolit amplius ad istam licentiam conniuere, sed seuere in omnes transgressores secundum legum et Constitucionum regni prescriptum et iniuriarum magnitudinem animaduertet

Illud quoqz videtur Regie Mti, vt hinc ex hoc Corczinensi Conuentu ad Conuentum Colensem Legatos suos mittant, vt quicquid tandem faciendum videbitur vno totius regni consensu fiat.

Hæc sunt que vt in coetu. D. vrarum in medium proponerem à Regia Mte in mandatis habeo

Particula Epistole Cricii ad Bonam Reginam Polonie

DE Conventibus in Colo et in Corczin: post Conventum generalē Piotrconiensem institutis omnes passim preter cerebrosos quosdā letantur, nec dubito nos nostrum Colensem ex sentencia confe: cturum, unum vereor, ne, quemadmodū ad Conventum ge: neralem, advolet iterum ad nos avis illa discordie, ut multi augurantur nam illi, qui bellum (nescio cur) appetūt cum ipsi inter nos non erunt, suspicantur multi, q alios su: bornabunt. quibus utcunqz erit, oportuno modo resistemus Habebam pleraqz non vulgaria significare vrē Sacre Mti, cum quibus expectabam patrem Commissariū, sed cū ille me preter morem pretereiit, expectanda erit alia oc: casio et Nuntius idoneus. iterum me humillime commēo.

Andreas Cricius Archiepus Gnesnen
Bone Reginae Polonie

Sacra Mtas et domina do. mea clementissima.
Humillimam mei commendationem. Quemadmodum prius scripsi mittuntur ad Mtes vras Nuncii ex utroqz Colen et Corczinensi Conventu propterea plures ut peticio Conventus ad iusiurandum à Sermo Principe iuniore prestandum sit honestior et ponderosior, inter eos autem Nuncios est dominus Thomas Lubranski vre Sacre Mtis profecto fidus servitor idemqz non mediocriter mutatus in his que vituperari solebant, eum omni studio commendo vre Sacre Mti, habet is habent et multi alii graves pressuras à Nicolao Russozki Castellano Biechovien et Capitaneo Lancicien, dicet eciam quid ipse Russozki adversarius eius cum complicibus suis tentabat ad Conventum disturbandum habita mutua intelligencia cum turbatoribus Cracoviensibus sed antevertimus omnia ipsorum consilia, ad quid isti boni viri bellum tantopere expetebant, non latebit Mtes vras vadit eciam istuc Nuncius dominus Coszielezki Succamerarius Crac, qui se in omnibus Conventibus egregie gessit, idem fecit dominus Castellanus Calissien et dominus Joannes Coszielezki Castellanus Lancicien. proinde non possum illos non diligentissime commendare vre Sacre Mti meqz una ac servitutem meam perpetuam. Dominus servet vram Sacram Mtem semper sospitem et foelicem Princeps inclyta Ex Arce mea Vnionien 27 May 1536

Clementissima domina que significare debui vris Mtibus secrecius, exierunt iam rebus mutatis ad premonendum satis tempestiva cum vre Mtes foeliciter redibunt, tamen si interim contingent cui tuto credi poterit eciam significare non pretermittam

Littere vniuersales Contributionum publicarũ in vltimo Conuentu Colensi decretum

Vniuersis et singulis Ecclesiasticis et Secularibus Consiliarijs regni mei, caeterisq3 subditis meis quibuscunq3 tam terrestribus quam Ciuitatum et Opidorum honoribus et officijs insignitis, ad quorum noticiam pntes litere meę peruenerint, in toto regno Palatinatibus et eorum districtibus consisten syncere et fidelibus dilectis gratiam Regiam Rmi et Rndi in Chrõ patres, Necnon Mgci, Generosi, Nobiles, Famati et prouidi syncere et fideles nobis dilecti. Cum in preterito generali Conuentu Piotrcouien, nil aliud pro defensione regni constitutum erat, preterq3 vt expeditio generalis vbi opus foret per nos moneretur, et nos imminentibus regno duobus inimicis Thartaris vizt et Valacho, ne regnum manifesto periculo exponeremus, iam tercias vestrum literas emiseramus, et Conuentus debitos de ordinanda proficiscendi ad bellum statueramus in ipsis Conuentibus, petitiq3 à multis Consiliarijs et subditis meis, facultatem dederamus, aliam defensionis rationem inueniendi quam generalem expeditionem hoc tempore perniciosissima ac propter alia incommoda, tum ob summam rerum victualium presertim in terris Russię penuriam, vniuersi Consiliarii et terrarum Nuncii in vltimo Conuentu Colensi, ad quem huius rei conclusio deuoluta fuit, Contributiones infrascriptas pro defensione anni pntis vnanimiter statuerunt et decreuerunt.

Inprimis decretum, q Coloni seu Kmethones, tam Villarum nrarum regalium quam omnium spiritualium et Secularium subditorum meorum in regno meo de singulo manso seu Laneo possessionato octo grossos et reliquum de quantitate Laneorum, secundum antiquas quitancias ad vnam dumtaxat ratam vizt pro festo Sancti Laurentii proxime

venturo solvent, à quo festo solutio illorum inchoari et ad festum Sancti Egidii in totum et per omnes terminari et finiri debet.

Nobiles verò qui Colonos seu Kmethones non habent, solvet quilibet eorum de quolibet Laneo seu manso grossos sex, etiam pro una similiter prędicta ratha.

Illi verò Nobiles qui Predia et non Laneos habent, computatis istiusmodi eorum Prediis in Laneos seu mansos solvent pro una etiam ratha de quolibet Laneo seu manso sex grossos, de medio Laneo seu manso tres grossos, de quarta parte Lanei unum grossum cum medio et reliquum de quantitate Laneorum. Similiter de villis desertis per dominos Nobiles cultis pro prędicto festo

Ubi autem duo vel tres aut quatuor pauperes Nobiles unum Laneum seu mansum colunt, solvent omnes simul de huiusmodi Laneo seu manso etiam pro una predicta ratha sex grossos alias quisq͡ȝ illorum solvet secundum quantitatem agri et portionem Lanei seu mansi, incipiendo solucionem illius à festo Sancti Laurentii ad festum Sancti Egidii proxime venturis.

Similiter Advocati et Sculteti non habentes Colonos seu Kmethones solvent de singulis Laneis seu mansis per octo grossos Advocati vero seu Sculteti Colonos seu Kmetones haben, nihil solvent verum ipsi Kmetones eorum id quod Kmetones dominorum ac Nobilium contribuent hoc est de quolibet Laneo seu manso possessionato octo grossos ad unam ratham suprascriptam.

De crescentię autem observentur antiquo modo nihilominus Kmethones duo illius villę ubi decreverint. corporale iuramentum prestare super decrescentia tenebuntur.

Item Civitates et oppida, tam meá Regia q͡ȝ subditorum meorum Spiritualium et Secularium, in toto regno exactionem Civilé

quam Schos vocant, duas partes iuxta antiquas quitantias solvet et contribuent, et hoc pro una duntaxat etiam ratha suprascripta hoc est pro festo Sancti Laurentii incipiendo solutionem ad festum Sancti Egidii totaliter debet exolvi

Similiter Inquilini Civitatum, qui Schoss non solvunt cum Civitatibus tres grossos similiter pro una ratha predicti festi solvent viduis pauperibus et orphanis demptis et exceptis.

Que autem Civitates et oppida libertatem habent à Civili exactione nihil dabunt. Idem de villis vastatis exustis et libertatem habentibus, que non solvunt censum dominis suis, hoc intelligendum est, ita quod incole huiusmodi villarum liberi sunt, et esse debent à solutione Contributionis in presenti Colloquio Conventu instituta.

Item Contributio cerevisie, vini, medonis, Malmatici, muscatelle Czoporve dicta, in iisdem Civitatibus et oppidis ac etiam in tabernis villarum tam meis quam subditorum meorum Spiritualium et Secularium à singulis Cerevisie coctureis more solito solvetur ex quibuscumque fuerit braseis eadem cerevisia cocta, sive brasea ipsa sint Civium et dominorum ex molendinis provenientia et emensurata sive domi facta

Item etiam à Cerevisia quam domini et Nobiles ex braseis suis coquunt seu braxant, et illam dant ad propinandum suis tabernatoribus ab eadem Cerevisia exactionem duillorum ipsi Tabernatores et quisque eorum per sex grossos solvent.

Hec etiam à Cerevisia externa que de externis regionibus et Ducatibus nobis et regno meo non subiectis ad ipsum regnum meum adveheretur ut Swidnicen Thessinen, Bernonien Glogonien, et alia quecumque, Contributio ipsa Czoporve solvatur.

Qui vero Nobiles subditi mei pro sua domestica necessitate et usu proprio coqui faciunt Cerevisiam in Civitatibus et oppidis Contributionem Czoporowe ab illa non solvent sin autem illam ad propinandum suis aut alienis Tabernatoribus dederint, ab illa Contributionem Czoporowe Tabernatores ipsi solvere tenebuntur.

Item Tabernatores haereditarii, sive sint dominorum sive Advocatorum, sive Sculletorum qui agros habent ab illis Contributionem solvent, iuxta agrorum quantitatem, hoc est à singulo manso seu Laneo pro predicta una ratha octo grossos, de medio Laneo seu manso quatuor grossos et reliquorum de quantite Laneorum

Exactionem vero Ducillorum à singulis Cerevisie coctuaris more consueto solvere nihilominus erunt astricti.

Alii autem Tabernatores manuales qui advectitiam propinant Cerevisiam per quatuor grossos simul et semel ad una temporis ratham supradictam solvere debent, et hii Contributionem Czoporowe non solvent, cum non coquant Cerevisia sed aliunde illam ad propinandum adducant.

Item Molendina omnium villarum tam mearum q3 subditorum meorum Spiritualium et Secularium, que Postebne vocantur manuales seu anniversarios Molendinatores habentia ex singulis rotis per sex grossos solvent, similiter pro una simul et semel rata predicta.

Que vero Molendina deserta sunt, et in eis frumenta non moluntur, illa seu illarum Molendinatores nihil solvent.

Haereditarii vero Molendinatores dictarum villarum et Folusche ex singulis rotis Molendinorum suorum que value dicuntur duodecim grossos persolvent ad ratam una temporis supradictam.

Item Molendina Brasealia et haereditaria aquatica et equestria in omnibus Ciuitatibus et oppidis more veteri taxata Cōtributionem duas partes integras quae Schoss dicitur soluent similiter pro eadem prima ratha supradicta videlicet pro festo Sancti Lawrentii incipiendo solucionem ad festum Sancti Egidii proxime venturis

Et similiter illa Molendina quorum tercias mensuras Tenutarii bonorum meorum regalium exemerunt, et illas à se exemptas seu in summis pecuniarum obligatas tenent, ad vsum et vtilitatem suam, soluent Contributionem quae Schoss dicitur sicut reliqua omnia Molendina in regno seu illorum Molendinatores eam soluere solent, contraria consuetudine quae corruptela potius dici debet poenitus non obstante, iuxta antiquas quitancias

Quorum autem Molendinorum meorum terciam mensuram Capitanei mei de mandato meo, et pecuniis meis redemerint ad meam vtilitatem ex illa nihil solui debebit.

Minerariae verò officinae alias ferrum facientes et serrae haereditariae ex singulis rotis duodecim grossos soluent, Annales verò officinae minerariae, et similiter annales serrae hoc est locatae seu conducticiae à qualibet rota sex grossos. similiter ad vnam ratham supradictam soluent.

Item Molendina ventilia haereditaria octo grossos. Illa vero Molendina ventilia, quae anniuersarios Molendinatores habent sex grossos ad ratam vnam constitutam hoc est pro festo Sācti Lawrentii incipiendo illius solutionem ad festum Sancti Egidii proxime venturis.

Item Sacerdotes Rutheni qui Popones vocantur ex singulis Ecclesiis et Synagogis mediam sexagenam soluent, Protopopones vero alias Namiesthnigi per florenos duos in moneta soluent.

Item Valachi ex singulis Laneis integris si illos habent vel

areis que Dworzisczce dicuntur octo grossos solvent, et qui agros non habent a singulo centenario omnium similiter octo grossos persolvent pro vna ratha suprascripta

Item Judei omnium terrarum regni nri tam de singulis mansionibus alias od Czyntow quascunque inhabitant, quam etiam de omni re pecuniaria et mercantiis quascunque et vbicunque habuerint eandem a qualibet marca per grossos duos solvant et contribuant.

Vt autem supradicta ordinatio in exigendis eisdem Contributionibus facta debite exequutioni demandentur in Palatinatu et eius districtibus Generosum .N. exactorem constituimus et designavimus, presentibusque literis nostris designamus et mandamus vt in manus eius pro designatis temporibus easdem Contribuciones persolvere curetis, vobis vero Capitaneis quorum interest mandamus vt prefato exactori nro pro rathis et temporibus superius expressis sub poenis ad hoc constitutis absque cuiusuis more et dilacionis interiectu de dictis Contributionibus per eos ad quos pertinet responderi faciatis et vos ipsi respondeatis. Negligentes vero in solvendo et contumaces per pignorationes et alias poenas solitas ad solvendum easdem Contributiones compellatis pro officio vro et gratia nostra facturi Dat. Vilne feria secunda in crastino Sancte Trinitatis Anno domini 1536

Litere vniuersales Ducillorum
Sigismundus .1. Rex Polonie

Vniuersis et singulis Principibus tam Spiritualibus q[uam] Secularibus Rmis et Rndis in Chro patribus dominis Archiepus Epis. Necnon, Mgcis, Generosis, Nobilibus, Famatis et prouidis Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Terrigenis, Nobilibus, officialibus et eorum vicesgerentibus hæredibus, Aduocatis, Sultetis Ciuitatumq[ue] et oppidorum tam nostrorum q[uam] aliorum quorumcumq[ue] subditorum nostrorum Mgcis Ciuium Consulibus et communitatibus, et generaliter omnibus subditis nostris Spiritualibus et Secularibus cuiuscumq[ue] status conditionis et preeminentie existentibus bona quecumq[ue] tam Spiritualia q[uam] Secularia, Ciuitates, Oppida, Villas, Tabernas, possessiones, et alia bona quocumq[ue] nomine nuncupata habentibus in omnibus terris, Palatinatibus et Districtibus eius existen[tibus] syncere et fidelibus nris dilectis. Salutem et gratiam nram syncere et fideles dilecti. Noueritis communi omnium tam Spiritualium q[uam] Secularium Consiliariorum meorum et Nunctiorum terrestrium in Conuentu generali Colen[si] nuper celebrato congregatorum voto et concordi voluntate exactionem Ducillorum que Czopowe dicitur multis et arduis necessitatibus reipublice ita exigentibus decretam esse que inchoari debet à festo Sancti Spiritus alias Pentecostes proximo et continuari per integrum annum ad aliud festum Sancti Spiritus inclusiue, anni domini 1537 exigetur autem et solui et exigi debebit eadem ipsa Contributio Ducillorum secundum antiquam consuetudinem, modo vigt infrascripto, vt quilibet Ceruisiam cuiusq[ue] venalem ex quibuscumq[ue] brasiis fuerit eadem ipsa Ceruisia cocta hoc est siue Brasea ipsa sint Ciuium et dominorum, siue ex Molendino prouenientia et emensurata, siue domi facta à quolibet vase singillatim vel coctura ipsius Ceruisie iuxta locorum

consuetudinem antehac obseruatam exactionem ipsam Duallorum in manus exactorum designatorum fideliter soluat, ita vt à maiore coctura alias warn plures grossi soluantur, et minori pauciores iuxta vasorum numerum et quantitatem, et exactorum ordinacionem, quam vbi opus et quociens expediens erit meá auctoritate faciet et constituet. Notariosq3 et custodes tam in Ciuitatibus et oppidis q3 etiam in villis iuxta arbitrium suum exactor etiam ipse deputabit et iuramento corporali ad fidelitatem illos astringet. Ternarii vero vetusto more circa quemlibet grossum soluendi, pro Ciuitatum et oppidorum reparatione conseruentur. Tabernatores vero singuli Ceruisiam coquen vel coctam à dominis tam Spiritualibus quam Secularibus ad propinandum recipien, à quolibet vase mensure Ciuilis teneantur per vnum grossum in manus exactoris persoluere. Item à medio vase vini alias Pulkuffko florenus cum triginta quadrantibus soluendus. Item à Derlink siue Seremien vini vase duo floreni cum triginta quadrantibus soluendi. Item à quolibet Barili Malmatici vel vini Italici vnus orth cum septem ternariis soluatur, à Barili verò simplicis vini duo grossi soluantur et duo ternarii, à Medonis vase communis duo grossi cum duobus ternariis à Ceruisia aduecticiá siue externa, vt Sroidmicen, Glogonien, Thessnen, Bernonien, et alia quaecunq3 à quolibet vase duo grossi, Et quicunq3 non soluta prius exactione prefata Ceruisiam, vinum, Medonem, Malmatica et alium quemcunq3 potum ex predictis vendere et propinare, in fraudem reipublicae presumpserit, totum illud in quo fraudé commisit seu committere voluit irremissibiliter amittet, et poenam regalem soluendam quoties id fecerit obligabitur. Capitaneusq3 loci in tales omnes et singulos fraudem huiusmodi committen animaduersionem debitam veritate rei cognita, non haben respectu ad quempiam irremissibiliter exequatur. Ad quam quidem exactionem colligendam diligenterq3 et fidle

exigendam in ipsis terris et Palatinatibus tocius regni et Distri:
ctibus eius certos exactores deputabimus, vobisque omnibus et sin:
gulis quorum interest mandamus, quatinus prefatis exactori:
bus sive ab eis substitutis de ipsa exactione Oncillorum respon:
deatis et respondere faciatis, vos vero locorum Capitanei eos
qui rebelles vel negligentes erunt, et quos ipse exactor deferet
per pignorationes solitas ad solutionem exactionis huiusmodi
compellatis sub penis meis contra negligen Capitaneos in no:
vis et antiquis Statutis descriptis pro gratia nrã aliter nõ
facturi Datum Vilne feria secunda in crastino Sancte
Trinitatis Anno domini 1536 regni vero nostri anno
.30.

Litere ad Capitaneos

Mgce Generose syncere dilecte. Mittimus cum pntibus ad tuam .S.
R. literas universales Contributionum publicarum in Conventu
terrestri generali Colensi proxime preterito, communi Pro:
cerum et Consiliariorum regni mei ac Nunctiorum terrestrium
in eo congregatorum consilio et consensu decretarum. Quibus tua
.S. lris pro documento et prescripto meo ad omnem necessitatẽ
in indicenda et publicanda ea ipsa Contributione ac in puni:
endis iis qui negligentes vel contumaces in solvendo esse vo:
luerint utetur. illasque ad manũ habebit. Mandamusque tue
.S. ut ea omnia que in illis lris continentur et mandantur
per publicum preconem de more in Civitatibus et oppidis Ca:
pitaneatus sui ac aliis locis consuetis renunciari et ad uni:
versorum quorum interest noticiam quamprimũ deduci iubeat
pro debito officii sui et grã mea non aliter factura Datũ Vilne
feria sexta post octavas Corporis Chri Anno domini 1536 re:
gni mei anno .30.

Literę ad Exactores

Generose fidelis dilecte. Commendatam haben fidem et dexteritatem tuam te in Exactorem Contributionum publicarum in Conuentu terrestri Colensi generali proxime preterito decretarum in Palatinatu .N. et Districtibus eius constituimus. Mandamus q[uod] tibi ut iuxta literas vniuersales quas tibi cum presentibus mittimus easdem Contribuciones diligenter et fideliter exigas, et cum exacte fuerint ad Thesaurum regni mei transmittas pro fide tua et gratia mea facturus. Dat. Vilne feria sexta post octauas Corporis Chri. Anno domini 1536 regni vero mei anno 30.

Credentia ad Conuentum Elbingensem

Sigismundus primus Rex Polonię
Consiliariis et Proceribus Prussię

Mittimus in coetum .S. vrarum Venblem Paulum Plotowski, Pre:
positum et Canonicum Ecclesię Varmiensis, Secretarium nostrũ
ei dedimus negocium, vt quę terris istis Prussię necessitates
impendent, eas, atq3 vna sentenciam et voluntatem de iis no:
stram .S. vris explicaret. Quare hortamur illas vt non solũ
fidem dictis eius habeant, verum etiam ea quę per eum dedi:
mus mandata, summa fide et diligentia curent exhaurienda
atq3 ita racionibus reipublicę terrarum istarum prouideant,
vt nihil ab illis pretermittatur, quod ad salutem et tranquil:
litatem eius pertinere videri possit et officio suo satis factu:
ra et à nobis magnam earẽ gratiam initura. Quę bene
valeant. Dat.

Hosius sub Tomicio adhuc tum vivo sed languente dictavit.

Legatio ad Conventum Prussie Paulo Plotowski Praeposito Varmiensi Secretario Regio data Circa 1535 in Septembri.

Post dictam salutem et nunciatam graciam Sacrae Regie Mtis et oblatis fidei litteris, hec erunt dicenda.

Est quidem Sacra Mtas Regia gravibus curis ita nunc distenta atque distracta, ut propemodum nesciat quo se vertat: quid primum agat: Nam in Lithuania grave et periculosum bellum gerit cum hoste magnis opibus et divitiis predito. in Polonia vero vel potius in Russie finibus: que sint hac superiori aestate à Valacho designata procuLdubio ad vos quoque iam est allatum: Hostis ille perfidus nullis inimicitiis denunciatis: nullo bello legittime indicto: contra fidem interpositam: contra Jusiurandum quod dedit, in Russie fines hostiliter invadere fuit ausus, ubi multos inopinantes oppressit, totamque eam oram et regionem ferro atque igni depopulatus est: que à Tartarorum quoque incursionibus nunquam satis est tuta: quae hae subite esse solent atque insperate.

Iste itaque tot curae, quae anxiam et sollicitam habeant Mtem Regiam credi non potest: sed ea quoque cura et sollicitudo non minor est in pectore eius infixa qua de commodis terrarum istarum Prussie angitur quarum tranquillitati non minore studio quam caeterorum dominiorum aut etiam regni sui saluti cuperet providere.

Videt autem Mtas Regia gravia minimeque ferenda pericula terris istis impendere cum propter vicina bellorum incendia: tum propter Cruciferos qui bellum contra nos quotannis parturiunt: quod ne pariant aliquando cavendum est: Non frustra proverbio illud est iactatum: aliquid mali propter vicinum malum: experiuntur hoc Civitates terrarum istarum presertim maritime in quanta sint difficultate propter bella ista quibus ardet vicinia, constitute

Sed si quod Deus omen obruat penes eos sit victoria qui aliena sunt à nobis voluntate: tum vero multo magis essemus experturi quid habeat mali malum habere vicinum.

Jam quod propius ad nos pertinet quis est qui nesciat certos nos hostes habere qui nihil aliud quam oportunum tempus expectant bello nos lacessendi Illud autem tempus observant quo nos aversos esse videant ab omni cura et cogitacione defendende patrie ut nos nec opinantes ex improviso adoriantur ita ut nisi quasi in specula vel potius in procinctu simus semper: preter opinionem atque expectacionem meam grande aliquod periculum sit nobis pertimescendum.

Haec itaque pericula et discrimina cum intelligat Maiestas Regia terris istis Prussie imminere aliam rationem non videt qua caveri possint et propulsari nisi ut communi consilio à terris arceantur.

Itaque ad hunc diem anno 1535 divo Luce sacrum Comitia hic Elbingi edixit in quibus haec vobis deliberanda veniunt: Primum etiam atque etiam consideretis ne quid vicinia vobis mali afferat: deinde ne si qui repentini hostium impetus existant, ad eos sustinendos vel propulsandos potius, parum instructi sitis et parati.

Obiter etiam de cervisie coctura: de nimia rerum omnium caritate: de luxu sive re sumptuaria, ea statuetis que ad publicam pertinere putabitis utilitatem: cui quanto fuerit à vobis cura maiore prospectum, tanto et privatis vestris rationibus que de reipublice salute pendent melius consuletis et regie Maiestatis gratiam vobis maiorem et benevolenciam conciliabitis

Ioannes Choienski Epus Plocensis
Alberto Duci Prussie

Illme Princeps obsequia paratissima D. vrã Illme imprimis
offero. De Moschorum consilio et molimine idem hoc Regia Mtas
comperit ex captivis et exploratoribus suis, quod Illma D.
vra significavit, nempe parare eos hac hieme magna vi
incursionem in Lithuaniam, tamen gratiam habet ea de re id
D. vrã Illme. Iniit autem contra, rationes, quibus illorum
vim arceat et se ditionesque tutas prestet. Nam in confinijs
ferme trium millium peditum presidium reliquit. Vilne
ad natalem Christi Comitia indixit, ad que ut universi, sic,
ut ad bellicas expeditiones proficisci solent, conveniant manda:
vit, ut si qua vis ingruat in promptu sit auxilium Quanquam
existimamus Moschorum vires pariter et animos insigni cla:
de quam superiori estate bifariam acceperunt, fractos esse. Nam
ab exercitu quidem regio permagna fortium et clarorum virorum
strages edita est apud Arcem Starodub, que moenibus pariter
et firmissimo munita presidio, tamen à nris expugnata et fer:
ro incendioque vastata est. Ab alia verò parte Scythe egregiam
navarunt operam Regie Mti Moschicam regionem longe
lateque depopulati sunt. Domino Zachario Czema dedit in mã:
datis Regia Mtas ut ad Duces Pomeranie divertat ac
de componendo bello Danorum cum Lubecen. quemadmodum
D. vrã Illma monet agat. Quod reliquum est commendo
me etiam atque etiam D. vrã Illme Cui diuturnam valetu:
dinem et prosperrimos quosque rerum successus opto Vilne
xvi Novembris 1535

Ioannes Choienski Epus Plocen
Hieronimo a Lasco Palatino Siradien

Mgce domine amice charissime et honorand. Posteaqz audiui do:
Stan. Lasczkowski
minum Palatinum Sandomirien naturae debitum persoluisse
non fui immemor M. vrae et elaboraui ego quidem apud Regiam
Matem vt illi M. vra succedat, verum aliter visum est Prin:
cipibus meis, itaqz ad Mgcum dominum Petrum Kmitha de
Visnicze Marschalcum regni dignitate Palatini Sandomi:
rien ornandum voluntates suas inclinarunt. Cum ante
proximas lras a Mcia vra accepissem nihil diligentiae prae:
termisi, quo Mcia vra saltem Praefectura Camenecen coho:
nestaretur, quando spes illa altera nos iam poenitus frustrata
esset. Et hic tamen nondum quicqz perfeci, propterea quod Mtas
Regia vt existimat rem esse magni momenti, et quam per:
multum esse censuit. Ego quoad potero enitar ne vel in hac
vel in aliis rebus desim M. vrae suadendo, rogando, polli:
cendoqz. Breuiter voluntatem atqz diligenciam praestabo,
euentum praestare non possum. Noui enim, nouit et M. vra
quam exiguum sit, quod ego possum apud Sermos Principes
nostros.

De pecunia quam Senatus Crac. a Regia Mte recepit, dedit
ipsi in mandatis Regia Mtas inde discedens vt ne cui de:
inceps eam pecuniam dent sed census, quos aliis pendunt re:
dimant. Hoc nunc Regia Mtas non mutandum sibi esse
existimauit. Commendo me M. vrae Cui diuturnam
valetudinem et prosperrimos quosqz successus opto. Vilne
xxi Nouembris 1535

Sigismundus primus Rex Polonie
Petro Palatino Valachie

Mgce grate nobis dilecte. Quum hac simus voluntate semper ut cum omnibus semper vicinis quoad illi volunt pacem et concordiam libenter colamus facile assensi sumus desiderio et postulatis M. tue que nunc per Legatum suum a nobis postulavit nempe ut pacem inter nos faciamus. Itaque mittemus Legatos meos ad Arcem Camenecen ut ibi adsint ad dominicam mediam in Quadragesima: hoc est ad vigesimam sextam Martii proxime venturam: nam citius non possunt propterea q nondum ex generali Conventu Regni domum reversi sunt. Speramus autem et M. tuam suos ad Arcem Chotim quemadmodum promisit ad idem tempus missuram esse ut tractent inter se quibus legibus pax sanciendà sit. Mcia tua bene valeat Vilne. v. Januarij Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Comiti Tarnowien Palatino
Cracouiensi

Mgce etc Consilium atque desiderium Sermi Principis domini Joannis Regis Vngarie quod nobis S. tua perscripsit, amplius accepimus etiam ex literis Generosi Nicolai Iskrzigki Prefecti Camenecen qui ab ipso Palatino Valachie ea de re scriptum habet atque id ad nos transmisit. Id in hoc S. tue significamus ne post ipsius Mtas quod tacitum esse vult, a nobis effluxisse putet, quid autem ea de re facere atque ipsius Mti respondere velimus non habemus nunc in promptu. Nam quum ea res ad vniuersos habitatores Regni Polonie magnopere pertineat neque possumus neque conuenit nos ea rem absque Consiliariorum meorum sententia et consensu constituere aut vllis confoederationibus nos allegare. Nunc autem nobis hic in Lithuania bello cum Moschis gerendo occupatis Consiliarii regni presto non sunt: significabit hoc S. tua ipsius Mti ac postulabit nostro nomine vt hanc nostram certi responsi procrastinationem aequo animo ferat, tantisper dum in Regnum Polonie quod proxima aestate fore speramus reuertimur et ad Consiliarios meos ea de re referimus: tum demum ipsius Mtem de voluntate mea certiorem faciemus S. tua bene valeat Vilne penultima Januarii 1536

Ferdinandus Rex Romanorum
Sigismundo i.o Regi Poloniae

Ser^me Princeps frater et Sororie mi charissime. Perlatum est ad nos causam dissensionis quam inter Ser^tem vram ac spectabilem et Mgcum fidelem nobis dilectum Petrum Voiewodam Moldanien agere audiuimus non postremam esse, q licet terra Moldanien et Territorium Pokucien a diuis quondam Hungarie Regibus predecessoribus meis dominorum Moldanien antecessoribus tali conditione donata fuerit: ut ijdem Moldani primum Sacre Corone Hungarie sint fideles et illi quoqz sub protectione et tutella eiusdem Corone esse debeant, nihilominus Sertem vram aut homines suos transcendisse fluuium Nester qui sit vera meta et terminus Regni Sertis vre et terre Moldanien: et quedam loca in eadem terra occupasse et habitationes in ea construxisse: que ab ipso Voiewoda posteaqz a Serte vra nullum super petitis suis scriptis ad eam ut asserunt deductis responsum habere potuit, fuerint deuastate et combusta. Cum autem mens mea non alia fuerit unqz neqz sit, qz in bona pace et vicinia cum Serte vra suisqz omnibus viuere et agere, nobisqz causa bone pacis et vicinie non parum displiceat hec inter Sertem vram et dictum Voiewodam successisse: ideoqz cupimus ea complanari et sopiri neqd aliud cum tempore sequatur, sicut pro mea in Sertem vram affectione mutua conuenit: ac pro ea cura quam de terra Moldanien ratione regni predicti habemus, nonnihil etiã facere tenemur: Eandem itaqz Sertem vram affectuose hortamur et rogamus etiam ut mei ac necessitudinis et unionis nre, bone vicinitatis intuitu, cum prefato Voiewoda Moldanie Inducias aliquas quadriennales aut septennales pro bono utriusqz inire, et vel hoc modo diffe:

rentiis

differentiis istis melius componendis locum dare velit, quibus sic stantibus, nos ad faciendam inter vos concordiam, et quicquid per nos pro bono pacis tranquillitatis communis fieri poterit offerimus: idq3 mutue benevolentie coniunctionis et vicinie nre respectu, cuius ante omnia potissimam semper duximus in omnibus habendam esse rationem. Commisimus autem egregio fideli dilecto Stephano Clinschiz Nuncio nro specialiter ad hoc misso vt hanc rem apud Serttem vram instanter agat ac obtinere et exequi etiam contendat. habitoq3 Sertis vre ad hoc assensu, se ad dictum Moldanum conferat, cum eoq3 etiam nro nomine et vice agat, qui Inducias prout inter vos conventum fuerit observet: velit ergo Sertas vra Nunctium nostrum cum votiuo super his responso remittere et expedire In quo Sertas vra rem se suisq3 dignam et equam, nobis gratam faciet nostro in eam amore et affectione fraterna compensanda Datt in oppido nro Vinklapnik die xx. Mensis Januarii Anno domini M° . D° . xxxvj

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ferdinando Romanorum Vngarie
et Bohemie Regi

Serme Princeps amice et consanguinee nr charissime Reddidit, nobis Generosus Stephanus Kmitscherz Mtis vrę lras de Valachia et ditione meá Pokuczien, Valachi ipsius inst: ctu utroqz dissentanea relatione sceptas, quibus postulat hortaturqz nos vrá Mtas ut cum eo Inducias in triennium vel quadriennium faciamus, verum quando Mtas vrá non recte rem hanc ut se habet accepit, paucis docebimus. Principio Territorium istud nunqz' vel is qui nunc est Pala: tinus Valachie, vel maiores eius habuerunt, deniqz neqz Reges Vngarie donare id cuiqz potuerunt; ut qui nihil ibi iuris unqz' habuissent, quinimo maiores mei Divi Re: ges Polonie semper in eius possessione fuissent: Ad hec autem, fuit quidem regno Vngarie aliquando tributa: ria sive feudalis Moldavia: sed fuit ac multo prius etia Regno Polonie. nunc vero utrisqz excepta Turcis paret, il: lorumqz voluntate atqz defensione freta, Ethnicis amica, Christianis fere infesta: itaqz non est quamobrem vrá Mtas ab illius stet partibus, atqz ea á nobis contendat que non sunt nobis factu integra neqz convenientia: Na in aliis quoad commode et cu dignitate possumus liben: ter gratifficamur et obsecundamus Mti vrá pro necessi: tudine meá mutua

Quod attinet ad Inducias cum isto ipso Valacho paciscendas non videmus quomodo id honeste á nobis fieri possit ut qui nentiquam á nobis lacessitus, nobis absentibus, et bellu cum Moschis gerentibus, cui adhuc operam damus occupatis, provintiam meám infesto exercitu ingressus, ferro incendiisqz vastavisset: cum eo nos nunc foedus iniremus! quod quid

esset aliud? quàm q̄ gravi accepto damno videndos nos procu:
raremus? maxime si in eius leges foedus feriremus? nempe
ut quod ille vult, Territorium Pokucien per tempus Indu:
ciarum desertum esse pateremur, quo facto ~~nunq̃~~ magnum
nos ipsi nobis faceremus preiudicium: Jam verò Mtas vra
nullas nobis obtulit paciscendarum Induciarum conditiones,
et legatus vre Mtis negavit se ulla habere mandata ea
dere à Mte vra, unde non videmus cur opus esset cum
à nobis ad Valachum sine ullis mandatis proficisci: nisi nos
ipsi mandata daremus et videremur pacem supplices petere:
postremo ut maxime vellemus nobis cum eo fieri Inducias:
et conditiones honeste nobis proponerentur: tamen nihil est
quod ullis pactis et induciis fidere debeamus presertim cum
sit nobis res cum eo homine apud quem nihil est loci fidei
nihil religioni. Nuper enim ut alia eius egregia facta pre:
termittamus quum à nobis per legatum suum contendisset
ut designatis utrinq̃ arbitris atq̃ Commissariis pacis
vel saltem induciarum conditiones constituerentur et locus
atq̃ tempus ad Dominicam Letare condictum esset, ille
interim dum hic esset Legatus Mtis vre coacta valida
manu, securis meis ac nihil tale suspicantibus ditiones meas
invasit ac pagos aliquot exussit: quare accipiet vra Mtas
aequo animo excusationem meam, si id quod absq̃ gravi
damno ac incommodo ignominieq̃ nota facere non possu:
mus Mtis vre causa facere recusamus. Nam bellum
neq̃ intulimus ei ullum neq̃ unq̃ inferremus si per
eum integrum esset: meas vero ditiones non deffendere
non possumus. Quod reliquum est cupimus Mtem vram
longum validam incolumem et fortunatam esse Vilne
vi Marcii 1536

Sigismundus primus Rex Polonię
Ioanni Regi Hungarię

S. Ex^me Princeps et domine amice filij loco charissime. Cum hunc Aulicum nostrum Generosum Jacobum Vilamowski ad Imperatorem Thurcarum cum literis nostris, magnis adducti rationibus grauibusque de rebus amandaremus et per Mtis vrę ditiones eum iter facere, proficiscentem oporteret, dedimus ei in mandatis, vt Mtem vram velut affinem et quasi filium nostrum charissimum inuisat nostro noie salutemque et secundos rerum successus optet. Rogamus autem vt ipsi Mtas vra serenitatem vltro citroque per ditiones suas proficiscendi fide publica seu Saluo Conductu prestet. Nos vicissim vrę Mti cum parem gram, si quando vsus postulauerit referemus, tum in aliis quoque quoad commode poterimus libenter gratificabimur quam longum sospitem et foelicem esse cupimus. Vilnę. 9a Maij Anno domini 1536.

Sigismundus primus Rex Polonię
Solimano Soltano Turcarũ Caesari

Ser.me Princeps, et domine, amice charissime plurimumq; obseruan.

Quamdiu M.tas V.ra Persico bello implicata, à Sede sua Constantinopolitana abfuit, magno tenebamur desiderio cognoscẽdi, quanam valetudine: quoue successu rerum M.tas V.ra frueretur: cui pro amicitia nostra mutua omnia semper prospera euenire cupimus. Et quamq; ex illis regionibus aliquoties facti sumus certiores literis M.tis V.rę omnia pro voto eidem M.ti V.rę succedere tamen cum perpenderemus itineris longinquitatem, et belli quod M.tas V.ra gerebat difficultatem: optabamus vt M.tas V.ra salua et incolumis ad Sedem suam Cõstantinopolitanam, quę propius à meis ditionibus abest reuerteretur: Quô etsi intelleximus et quidem lubentes admodum eandem M.tem V.ram sospitem et victorem venisse hoc tamen minime contenti propter magnitudinem amoris mei erga M.tem V.ram, misimus etiam hunc Aulicum nostrum Generosum Jacobum Vilamowski, vt M.tem V.ram inuiseret nostro nomine, atq; eius faciem coram intueretur, reuersusq; nobis referret. Quod vero officium hoc hucusq; distulimus: ac non insignes quoq; oratores vti volebamus et voluimus etiam ad M.tem V.ram misimus: factum est cum propter occupationes meas et dicionum mearum grauissimas, quibus distenti sumus: tum propter maximam viarum insecuritatẽ à Valacho: qui non solum non permittit Legatos meos ad V.ram M.tem tuto proficisci: verum etiam vitę eorum insidiatur. Sed prouidebimus in posterum, si quomodo perficere possimus, prouidebit et M.tas V.ra, vt Legatis meis ad ipsã M.tem V.ram et V.rę M.tis vicissim ad nos vltro citroq; proficiscentibus tutum iter, et à Valachicis latrociniis et insidiis liberum pateat, quo crebro de M.tis V.rę rerum successu

cognoscere possimus. Ita enim sumus affecti, ut eam amicitiam quae nobis cum M^{te} V^{ra} constituta est firmam ac perpetuam, benevolentiaeque testificatione et amicitiae officiis arctiorem indies et auctiorem esse velimus. Itaque M^{ti} V^{rae} diuturnam incolumitatem et foelicitatem optamus. Vilnae 23^a Aprilis 1536

Ioannes Choienski Epus Plocensis
Severino Boner

Mgce domine etc. Reddidit mihi dominus Joannes Andreas Praepositus Sandecensis communis noster amicus Scyphum argenteum, honorarium munus M^{tis} V^{rae} nomine. Quod ego magnopere miratus sum, ac tanto magis quidem quantominus aliquid eiusmodi à M^{te} V^{ra} aut cupivissem, aut expectassem. Accepi tamen non ob aliud, nisi ut esset apud me pignus atque monumentum egregiae erga me voluntatis M^{tis} V^{rae}, per quod subinde admonerer quanquam alioqui non immemor amicitiae nostrae mutuae. Deinde attulit idem etiam pecuniam ab eadem M. V^{ra} ibi ego magis ac magis mirari coepi, ac subverereri, ne quid sinistri M. V^{ra} de mea in se animi propensione suspicaretur, quasi ego ulla compendii spe adductus, cum M. V^{ra} amicitiam colerem. Itaque recusavi eam pecuniam accipere, ac nunc M. V^{ram} etiam atque etiam rogo, ne, sic de me sentiat, quasi ullo commodo meo amicitiam meam metiar, sed illud magis persuasum habeat, me dum V. M^{tis} commodis atque dignitati inservio quod sane quam lubens facio, nihil aliud spectare, nisi ut ex aequo redamer à M. V^{ra}. Cui pariter cum liberis suis quod hactenus feci, sedulò deinceps quoque non minore circa voluntatem et operam meam, quoad potero semper probare studebo. De Scypho autem quantam possum maximam

gratiam habeo Mti Vrae Cui diuturnam valetudinem et foelicissimos quosque rerum successus opto. Vilne XXVIIJ Januarii 1536

Legatio Regie Mtis ad Capitulum Crac

Salute dicta Legatus Regie Mtis nomine in hanc sententiam verba faciet.

Quum à multis retro annis designatio Eporum in Polonia à Prelatorum et Canonicorum Collegiis ad Inclytas Reges Poloniae translata sit, eam vicz ob causam quod vt Epi omnes sunt regi à Consiliis ita eos à Rege legi et creari cumprimis est consentaneum Post obitum Rmi domini Petri Tomiczki Crac Epi superiori tempore vita defuncti existimauit sibi Regia Mtas isti Eccliae de nouo pastore et Epo more maiorum suorum prouidendum esse. In quo quoniam libenter solet habere rationem ordinis atque etatis contulit istum ipsum Epatum Rmo domino Joanni Latalski Epo Posnanien. In eo itaque voluntatem suam D. vris per me declaratam esse voluit adhortans atque volens, quum is à Sede Apostolica iurisditionem acceperit, vt eum Dnes vrae pro vero et legittimo Epo suo habeant, ac debito honore prosequantur

XV ianuarii 1536.

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo PAPAE TERCIO

BEatissime Pr' premissa debitorum obsequiorum meorum commendacione et oscula pedum beatorum. Describsi S. Vre aliis lreis meis designasse nos ad Epatum Ploceñ Rdum Joannem Choienski Epum Premislien et Secretarium meum propterea q sit de me et de republ ditionum mearum optime meritus. Obtinuerat is cum Epatu Premislien Canonicatum Crac' unde si eo carendum ipsi esset non posset michi et Dominiis meis commode inservire maxime cum Crac' dego. Itaqz peto à S. Vra etiam atqz etiam ut eum ipsum Canonicatum ipsi cum Epatu Ploceñ habere permittat: qua in re fecerit mihi Stas Vra tam gratum quam quod gratissimum est Ego id vicissim de S. Vra summa animi promptitudine ac deditissimis quibusqz obsequiis promereri studebo quam longum sospitem et incolumem reipub. Christiane esse opto Datum in oppido meo Prossewice iiij° Octobris 1535

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardinali S. Quatuor

R.me in Chro Pr amice me charissime et honorande. Scripsimus ad Sanctissimum dominum nrm de Rdo in Chro patre do. Joanne Choienski Epo Premislien quem nunc Plocen Epm designavimus vt ei Canonicatum Crac quem cum Premislien Epatu obtinuit etiam cum Plocen deinceps obtinere liceat, propterea q is absq eo Canonicatu non satis commode nobis et reipublice nostre inservire possit. Postulamus etiam P.tem vram Rmam vt nos ea in re apud S. D. nostrum adiuvet, vt absq negotio optatum ferre possemus. Fuerit id nobis impense gratum atq hanc gratiam vicissim per occasionem P.ti vre Rme refereremus. Quam longum bene valere et felicem esse cupimus Cracovie quarta Octobris Anno domini 1535

Ioannes Choienski Epus Plocensis
Capitulo Plocensi.

Rndi Pres fratres charissimi et honorandi Reddite sunt mihi litere P. vrarum quibus scribitis vos perlibenter magnoq gaudio me in Epm et pastorem vrm accepisse postea q breve Apostolicum accepissetis, cupereq vt primo quoq tempore istuc veniam. In quo cognosco summam F. vrarum erga me animorum propensionem, que mihi magnopere grata est, vt merito esse debet. Qua vero ego vicissim erga vos sim voluntate, vt hactenus non obscura eius rei indicia dedi, sic deinceps quoq multo magis etiam re ipsa quum per occasionem licebit quam verbis declarare malo. Vos ea vobis de me persuadete que liberi de parentibus suis solent. Nam quod scribitis vos in magno esse desyderio adventus mei, non concedo vobis, vt magis id vobis quam

ego cupio cupiatis. Dici enim non potest quantum cupiam occu:
pationibus istis Aulicis quibus distineor defungi, et quieta
atque tranquillam vitam, qualem vos istic degitis, degere,
munerique meo et precationibus vobiscum pariter vacare,
Sed diuersum à me primarium morum et reipublicae necessitates
postulant immo exigunt potius quibus adhuc ad tempus miser:
rime decreui. Quamprimum autem commode potero, dabo operam
vt me inde extricem optatoque ocio vobiscum fruar, quod de:
siderium meum vt apud Deum opt. Maxi. precationibus vris
adiunetis opto.

De Vicario istic constituendo probatur mihi factum F. vrarum
Nunc mitto ad F. vrás creacionem noui Vicarii quo is ma:
iore fiducia et constancia iurisdicionem suam exerceat. vos
rogo atque hortor, vt eum consilio et authoritate vrá se:
dulo adiunetis ad eas res constituendas et persequendas
quascumque ex dignitate mea simul et vrá et ex vsu istius
Ecclie atque adeò totius Diocesis existimabitis, et ne quod
interim in me absente boni pastoris officium iure desidera:
ri possit In quo feceritis et officium vrm et michi lo:
ge gratissimum bene valeant F. vré quarum piis
precationibus me etiam atque etiam commendo Vilne xviij
Decembris Anno domini 1535.

Ioannes Choienski Epus Plocensis
Ioanni Vitinie Canonico et Vicario
Plocensi.

Rnde Pr. frater charissime. Fretus ingenio et virtute F. v̄ra quam partim ex commendatione Rmi domini Epi Prem: misslien accipio, partim ipse ex veteri illa consuetudine, que Rome olim inter nos inita et vsu quotidiano confirmata fuit perspectam habeo, constitui vos Vicarium generalem Plocen mee Diocesis, Quam prouinciam confido F. v̄ram non grauatim susceptur et summa fide atqz diligentia administraturam esse sic, vt omnia que ex dignitate mea et ex vsu istius Ecclie atqz Diocesis Plocensis fore existimabit accurate prouidebit frequenter et institutura sit. In quo fecerit mihi F. v̄ra vehementer gratum Que bene valeat Vilne xviij Decembris 1535

Ioannes Choienski Episcopus Plocensis
Nicolao Brolinski Suffraganeo Plocensi
et Officiali POLTHOVIENSI

Rnde Pr. fr in Chro charissime. Cum non incognita mihi sit virtus et dexteritas ingenii F. v̄re voluntatem etiam à me non alienam esse sperem, delegaui F. v̄ram minus officiale Polthouien id quod hactenus etiam bene gessit et cum laude persuasum habens id mea causa non esse recusaturam, sed summa cum fide et ingenio atqz diligentia administraturam queqz ex dignitate mea, atqz isti Ecclesie Clero quoqz alia fore arbitrabitur diligenter prouisuram esse In quo faciet mihi F. v̄ra pergratum Que bene valeat Dat Vilne xviij Decembris 1535

Ioannes Choienski Episcopus Plocensis
Andree Cricio Archiepo Gnesnensi

Rme etc. Recepi lras P. vrae Rme quibus quum alia pleraqz, tum vel maxime proventus Epatus Plocen totos ad se iure pertinuisse docere nititur. Sed summa animi propensione erga me factu esse, ut mihi aliquid de iure suo cocederet, in quo me subinde mira arte vellicat, atqz in me labefactatae amicitiae culpam monet et transmonet. Scribunt ad me et quosdam alios qui Regiam Aulam sequuntur, multi non leves, neqz vani homines, sed quibus merito fides habenda sit, quum propter dignitatem, qua praediti sunt, tum q cum P. vra Rma familiariter vivunt et colloqui solent, mirari se vehementer, quid in causa sit, q cum scriptis benigne et amanter mecu agere soleat P. vra Rma, in familiaris tamen sermonis consuetudine, si qua mei mentio fiat, aperte declarare solet, se non tantum non candido erga me esse animo, verumetiam infensissimo. Quod ego tanto magis doleo quanto minus mihi conscius sum datae ad eam rem occasionis, et confido neqz P. vram Rmam, neqz quenqz alium quod mihi iure obijcitur, invenire posse. Namqz ea semper fui voluntate erga P. vram Rmam, quum adhuc uterqz inferiori essemus ordine, ut commodis atqz dignitati P. vrae Rmae pro virili mea inservirem, neqz unqz deinceps hoc animi mei institutum, syncera benevolencia confirmatum mutavi. In quo ipsamet Ptas vra Rma, et teste, et iudice uti possum. postremum superiori tempori quum essem Ptis vrae Rmae successor in Epatu designatus, adeo cavi, ne quid quod v. P. Rmam offenderet, admitterem, ut nec ipse coram, nec per quenqz alium vel famulu vel amicu de redditibus quos ad me pertinere existimarem cum P. vra Rma agere voluerim, nisi per Rmum dnm Epm Premislien

quem P. vrae Rmae charissimum atque intimum esse sciebat.
Hic ego sensi, quam se mihi difficilem Rma P. vra praebue-
rit in concedendo eo, quod iure concedere debuit, neque ego
tamen P. vrae Rmae eam ob rem ullas unquam lites mina-
tus sum, sed in iudicio ac voluntate eius acquievi, quum
possem invenire viam, qua ius meum obtinerem. Etsi enim
persuasum habebam iure mihi redditus omnes post factam
translationem atque renunciationem deberi, tamen mihi ipsi
diffisus, scripsi ad dominum Rzeczicza et Lantkonski ut
mihi ea de re iurisprudentissimorum sententiam et morem
Romanae Curiae, perscriberent, Quorum rescripti exem-
plum ad P. vram Rmam mitto. Nam quod P. vra
Rma allegat glossam xxi. quest. 2. in verbo tran-
slatus, miror P. v. Rmam non perlegisse etiam eas
leges, quae ibi allegantur. Nam si perlegisset comperisset
longe aliud in ea glossa agi. Ego etsi mihi P. vra Rma
iurisprudentissimi nomen ironice affingit, non sum ta-
men adeo hebes atque rudis in ea scientia, in qua magnam
aetatis partem contrivi, ut non intelligam, qui sit verborum
illorum sensus, qui facile liquet, si quis ea cum his legi-
bus, quae ibi citantur conferat: Nimirum novo Epo electo
relinqui debere ea sacerdotia, quae prius habuerat, quoad-
usque confirmatus et in possessionem Epatus fuerit admis-
sus, propterea quod solent interdum aliqui electi reiici. Quod si
valeret P. vrae Rmae interpretatio pugnaret vehe-
menter glossa cum suo textu. Quod si maxime etiam ita
intelligi deberet: Tamen aliter nunc observat Romana
Curia: aliter usu venit Rmo domino Wladislavien Epo
cum Rmo domino Archiepo defuncto in Wladislavien
Epatu: aliter mihi cum eod domino Wladislavien in Pre-
mislien. De domino Przerembski nihil scio, sed aliam
tamen fuisse rem, atque haec nunc fuit inter nos, audio

Preterea autem non sum adeo ingeniosus atque doctus, ut possim deprehendere quonam iure P. V. Rma pariter et quartam partem redituum Archiepatus, et integros reditus Ploceñ Epatus vendicare sibi velit. Hoc pacto enim potius ad propinquos defuncti attinerent. Sed nolo plura verba ea de re facere, quando iam transacta est et quidem me lubente, ne quidem ex nobis esset offendiculi multitudini, neue necessitudo mea labefieret.

Quod attinet ad dominum Doner Castellanum Brzeñ quid is ~~apud~~ ad P. Vram Rmam scripserit non vidi, quid ad me habeo, atque earum literarum exemplum P. Vra Rma a me habuit

Ad reliqua capita literarum P. Vre Rme, que tot sunt, ut responsio iustum volumen magis, quam Eplam postulet, nolo quicque respondere. Primum quod non est dignum meo ordine atque professione verbis digladiari. Deinde quod me Rme P. Vre velut maiori cedere aequum est. Postremo quod aequitate et iusticia Pti Vre Rme par sum, ita hac scriptorum atque verborum concertatione inferior. Itaque desino ac potius Rme Ptis Vre beneuolencie me commendo Quam sospitem et incolumem esse cupio Vilne tercia Januarii 1536

Ioannes Choienski Epus Plocensis
Andree Archiepo Gnesnensi

Rme etc Quod mihi P. vra Rma de transactione
Comitiorum perscribit, id ego quum alias, tum hoc tempore
maxime futurum verebar, atque hanc coniecturam, ex certis
signis ac indiciis ab inicio capiebam. Itaque Principibus
meis quid faciendum esse putarem suggerebam Sed non
est statum consilio meo, quanam de causa non intelligo. Nunc
ab istis Comitiis ita discessum esse vehementer doleo; quum
animo meo reputo, quorsum haec vergant, et quis succes-
sus haec initia consequi soleant, utinam non in meo ordinis
Ecclesiastici perniciem erumpant. videmus enim quam
inhient Ecclesiastica bona homines audacissimi, quorum
insaciatis cupiditatibus nihil sanctum est, et inviolabile,
quibus animos facit, et potenciam alit, summa licencia et
impunitas, quorum improbi conatus, ne meo tempore op-
tatos ferant exitus Rme Ptis vrae, quae caput est et
Primas ordinis Ecclesiastici in his meis regionibus est
diligenter providere.

Quod attinet ad novos Conventus particulares indicendos,
non existimat Regia Mtas hoc sibi faciendum esse multis
de causis. sed quando bellica expedicio a D. vris et
Nunciis decreta est, mittit iam et secunda mandata, quas
vocant restium lras atque ipsa etsi hic est vehementer occu-
pata bello quod semel suscepit cum Moschis gerendo ta-
men hinc se aliquo modo explicare, et ad novum istud bel-
lum in Poloniam proficisci constituit. faxit Deus, ut ea res
bene, ac melius quam nos expectamus cadat. Tamen ego exist-
imo, si postularent a Regia Mte novos sibi Conventus
ad decernendas exactiones indici, etsi id iam non satis tem-
pestivum est, posse tamen adduci ut id concedat. Quod reliquum

est commendo me R. vrae Rmae etiam atque etiam Cui diutinam incolumitatem et prosperitatem opto Vilne. 6. Januarii 1536

Ioannes Choienski Epus Plocen. regni Polonie Vicecancell.
Andree Cricio Archiepiscopo Gnesnen. designato

Rme in Chro Pr. et domine domine et Antistes observan. Quum adhuc essemus Cracovie, complures neque viles et proletarii homines, mihi indicabant, multis ac non obscuris argumentis compertum se habere Rtem vram Rx. alieniori esse a me voluntate. Hunc posteaque venimus confirmaverunt id, qui istinc venerunt, quod dicerent ubique in Epatu Plocen. mandato R. vrae Rmae non solum frumenta triturari, sed pecora et armenta abigi aut alienari, prediorum suppellectilem omnem efferri summo studio atque contentione. erant qui dicerent, se ei convivio interfuisse, quum R. vra Rma repente, et nulla occasione in me excandesceret et ac tragice verbis nomen meum exagitaret atque id se vehementer miratos esse qui scirent quam arcta benevolentia coniuncti hactenus fuissemus. Hec ego longe magis quam illi mirabar, nec satis habebam fidei sic se habere prorsus ea que audiebam, propterea quod mihi conscius non essem alicuius delicti adversus R. vram Rmam at contra meminissem, id quod cum omnibus passim confessum, tum autem Rmis aspibus meis testatum esset, quanta benevolentia, quo studio, quibus denique officiis amicitiam meam per longum iam tempus augere et confirmare studuissem, verum posteaque accepi lras R. vrae Rmae quas nuper ad me, quasque ad Rmum dominum Epm Premislien. designatum dedit, tum demum liquido perspexi et illos, qui mihi de voluntate R. vrae Rmae erga me retulissent, non

non omnino vanas fuisse, et me opinione atque adeo persuasione
mea de eiusdem R. vrã Rmã in me animo immerito falsum
esse. Venio ad litteras Rtis vrãe Rmae expostulat meam. R.
vrã Rma quod neque ipse iter facere voluerim per Epatum
Plocensem neque quenque meorum eo miserim, verum si candi:
dius animum atque factum meum interpretari vellet, nunquam
id aliorsum, atque ego feci interpretaretur. Nam ego ipse
quidem eo profectus non sum quod per Principes non lice:
bat, neminem vero allegavi quod nihil erat, quod ibi quisque
meo nomine ageret, ubi nullam ego etiamnum habebam iu:
risdictionem, quam habere non potui nisi per Sedem Apostoli:
cam translatus titulum acquisiuissem. Quod novi ego quid
absque Excommunicatoribus et mandato R. vrãe Rmae fieri
non potuisse, sed non existimo tamen quod R. vrã Rma
asseverat, id in arbitrio R. vrãe Rmae fuisse positum, ut
quamdiu vellet cessionem differre posset. Potest id quidem
aliquis obstinata voluntate cum insigni alterius iniuria de:
trimentoque facere, verum licet contra illi, qui passus est in:
iuriam, Jus suum apud suos Judices persequi atque etiam ob
tinere.

Jam vero et illud quod mihi R. vrã Rma obijcit non ob:
tinuisse me apud dominum Castellanum Zarnovien. vereda:
rium, quam candidum sit indicant literae eiusdem domini
Zarnovien. quarum exemplum, quod ad eam rem attinet ad
R. vram Rmam mitto.

Transeo ad reliqua, atque illud maxime, quod nihil egerim ipse
coram cum R. vrã Rma de rationibus Plocen. Epatus.
fateor nihil egi, sed non ob aliud nisi quod nolebam quicque paci:
sci cum homine benevolenti et amico, quem sperabam non
solum quod aequum et iustum esset, uti hominem Ecclesia:
sticum atque ordinis Ecclesiastici in hac provincia praesidem
ultro oblaturum esse, sed nonnihil etiam de suo iure amico
decessurum.

Hinc et Rmo domino Premislien designato, qui non repugnante summa quoque de R. vra Rme beneuolentia pollicebatur quemque adeo charum R. V. Rme esse sciebam, vt eum cupiuerit, et a Principibus nostris petiuerit sibi succedere negocium dedi, vt is res meas istic cum R. vra Rma amice componeret conficeretque, tum deinde quum possessio ad me pertineret nichil autem ab inuito extorqueret. Hic etiam perspexi quo animo sit in me. R. vra Rma tamen aequi bonique facio quicquid pactum transactum est, verum enimuero non est quod R. vra Rma dicat vel scribat se rixas redimere, Equidem nunquam in animum induxi meum, vt ea vel vlla penitus de re quoad integrum esset cum R. vra Rma iurgarer aliquid aut litem ipsi intenderem. Sed existimo tamen redditus omnes iure et consuetudine mihi cedere oportere ab eo tempore quo apud Sedem Apostolicam Epus Plocensis declaratus, et in possessionem bonorum admissus essem quos is qui iam titulum ammisisset capere non posset. Sic multi cum multis, sic mecum in Epatu Premislien Rmus dns Epus Wladislanien egit et composuit, tamen ego, quod iam scripsi sto voluntati et pactis R. vra Rme cum dno Premislien. Quod reliquum est rogo R. vra Rma candidius vt voluntatem, dicta pariter et facta mea interpretaretur. Cui diuturnam valetudinem et incolumitatem opto Vilne xi. Januarii 1536

Ioannes Choienski Episcopus Plocensis
Andreę Cricio Archiepo Gnesnensi

Rme in Chro Pr et domine Antistes observanmę. Quemadmodum antea perscripsi Pti Vrę Rmę, submonebant me complures amici mei, de animo Ptis Vrę Rmę in me commoto et offenso, quod ego tanto ęgrius tuli, quanto minus mihi culpę alicuius in P. vram Rmam admisse conscius sum. Superioribus vero diebus admonuit me amicus quidam meus non levissimus, neqz postremę authoritatis et P. Vrę Rmę charissimus et perqz familiaris. Id indignari P. Vram Rm. quasi ego ipsi in Cplatu Plocen de rebus suis facessam negocium, quod non mirari non possum, neqz enim ego id unqz vel anteqz in possessionem ut admissus sum, facere potui, vel nunc posteaqz possessionem accepi, ut facerem in animum induxi meum. Nam id neqz mutua mea necessitudine, neqz vitę instituto et dignitate dignum esse existimabam. Itaqz magnopere dedi operam ut quoad possem attemperarem me, ad voluntate Ptis Vrę Rmę, quo factum est, ut Ius meum nollem apud P. Vram Rmam aliter qz per communem amicum meum bonis verbis persequi. Depactus est ille pro me quantum ęquum esse existimabat, et P. Vra Rma non gravatim concessit. Sperabam iam nihil fore neqz difficultatis, neqz controversię inter nos. Quum mihi istinc raciones afferuntur, in quibus cum alia, tum illud erat, quod mihi P. Vra Rma iumenta et pecora omnia et frumentum ad sementem verna et ad familiam Prędiorum ad novarum usqz frugum tempus alendarum nonnisi ad rationem quartę partis meę vellet relinquere. Hic ego miror P. Vram Rmam id mihi pro antiqua mea amicitia concedere nolle, quod vulgo etiā Parochi alienissimis solent concedere, ut eis et pecora et frumenta relinquant, neqz vero scio an P. Vra Rma pecora

ab exequutoribus antecessoris sui redemerit. Nam hoc plurimi aliter et sentiunt et loquuntur. Tamen nollem ego ullam etiam levissimam causam necessitudinis meae dirimendae prebere. Nollem iis iniquissimis temporibus quibus dignitas et incolumitas mei ordinis periclitatur, aliquid inter nos esse eiusmodi quod malevoli merito reprehendere, et ad concitandos in nos animos multitudinis detorquere possint, nec est quod mihi alios eius rei arbitros querendos esse putem. Sed quum Deus opt. max. et Rex meus clementissimus. R. vram Rmam in eo loco collocavit, qui summus est in Polonia nra, et in quo. R. vra Rma de meis omnium Eporum sententiis iudicare debet, nihil vereor et ego eius iudicio in hac re stare, persuasum enim habeo. R. vram Rmam, neque voluntate sua propter mutuam nostram amicitiam, neque ulla vehementiore animi incitacione propter conscientiam, neque errore propter singularem prudentiam et quod habet cum quibus ea de re consultet, adductum iri, ut quid iniqui statuat atque decernat. Quodsi id iudicium. R. vra Rma modo ad se recipere non vult, facile patiar quoscumque volet. R. vra Rma modo integros, cordatos, et rei non imperitos, eam rem cognoscere et arbitrari, quicquid autem iuste, vel a. R. vra Rma vel ab iis, quibus ea hoc negocii dederit fuerit iudicatum et constitutum, omne id ego ratum habebo. Illud a. R. vra Rma peto, ut si plus gratiae ferre non possum, illud saltem feram, ut si mihi. R. vra Rma neque pecora, neque frumentum in verum sementem gratis vult relinquere, relinquat aequabiliter et benigne estimata, et sollucionem usque ad tempus novorum proventuum expectet. Ibi ego quod. R. vrae Rmae non alienum ab aequitate visum fuerit lubens numerabo. Confido in his omnibus. R. vram Rmam et amicitiae meae mutuae et dignitatis suae memorem fore. Quam longum sospitem et foelicem esse cupio. Vilnae xxij Januarii 1536

Ioannes Choienski Episcopus Plocensis
Andreę Cricio Archiepo Gnesnensi

Rme etc. Quum alterę istę literę meę ad P. vram Rmam scriptę et consignatę essent, allati sunt mihi à seruitore meo codicilli, in quibus ille describit non solum frumentum et pecora à Ptis vrę Rmę officialibus et Oeconomis ex Epatu Plocensi abducta verum etiam nihil omnino neque rustici instrumenti, neque suppellectilis relictum esse. Id ego existimo inuita atque adeò inscia P. vra Rma fieri, neque enim eiusmodi quicque de P. vra Rma suspicor, et nollem aliquod ex nobis offendiculum oriri imperitę multitudini, quę alioqui satis oculata est ad captanda ea, quę in nobis iure possit reprehendere Quod ego P. vram Rmam pro se diligenter cauturam esse confido. Itaque rogo vt id tanto propensius faciat, quanto magis id amicitia meá mutua postulat, habent quidam Prędia conducta à P. vra Rma vsque ad festum Sancti Joannis Baptistę, de iis ego quid faciam non satis scio, nam ex iis vltra quartam partem anni preteriti quę ad me pertinet, dimidium ptis anni redditum meum esse debet, nollem quicque aduersus sententiam P. vrę Rmę facere, neque tamen vellem etiam quenque mei quicpiam me inuito possidere Cupio magnopere tandem finem fieri hisce negociis inter nos intercedentibus atque ob id et hunc meum famulum ad P. vram Rmam misi, et arbitrium omne, quatenus ęquo et iusto non repugnabit Pti vrę Rmę permisi Quam longum saluam et fortunatam esse cupio Vilnę XXija Januarii

Spero iam P. vram Rmam copiose de famulo meo cognouisse quod indigne et crudeliter è Prędiis omnia direpta et auersa sit ac nihil ferme rerum necessariarum relictum neque puto cadere eamque P. vram Rmam ęquo animo esse aduersus officiales suos

Ioannes Choienski Episcopus Plocensis
Andree Cricio Archiepo Gnesnensi

R(everendissi)me etc Reddidit mihi Ambrosius Korzbok Nepos ex sorore R. vra Rme lras a R. vra Rma, et annulum, quem mihi Rmus olim dominus Petrus Tomicius Epus Crac Testamento legavit, de quo R. vra Rme gram habeo, de illius vero defuncti amicis et necessariis sedulo promoveri studebo. Voluit ille minimum esse apud me aliquam memoriam sue erga me propensionis, ac testificationem gratitudinis sue in me propter summam meam in se observantiam. Itaqz istum annulum et alterum, et nonnulla alia, que is mihi legavit, id quod ex amicorum literis et exemplo Testamenti illius, quod ad me missum est, intellexi, eius rei pignus quoddam apud me esse voluit. Nam quod mihi R. vra Rma ominatur et optat, vt in locum eius succedam, non dubito iam R. vram Rmam aliunde accepisse. Epm Crac ad dominum Io. Latalski Posnanien delatum esse. Ei vero do.+ Vilnen suffectum esse. Tametsi oblata mihi prius est Posnanien, quam ego multis et magnis rationibus adductus non accepi Deum opt. Max. precor vt et ordinem Ecclesiasticum et vniversam rempub(li)cam meam tueri velit ac defendere quamdiu nos vivimus. Video quorsum res spectent vereor ne quid magni mali nobis impendeat. Id quod R. vra Rme que istic degit, ac multa videt que nos vix leviter audimus, non obscurum esse credo. Commendo me R. vre Rme etiam atqz etiam Cui diuturnam incolumitatem et foelicitatem opto Vilne prima Februarii Anno domini 1536

+ Ioanni ex ducibus Lituanie, Epm

Ioannes Choienski Epus Plocensis Andree Cricio Archiepo Gnesnen

R.me etc. Quum in procinctu esset hic famulus meus Reddite sunt mihi R. vrã Rme litere, ex quibus iam non subodoravi, sed plane perspicere erat Quo R. vrã Rma in me esset animo que meas candide scriptas in eam accepit partem vt in deteriorem etiam ab inimico accipi non possent, quamqz nihil sane in eis fuit quo R. vrã Rma merito offendi posset, nisi forte quod de rebus meis cum R. vrã Rma egi, sed ita tu egi, vt nusqz amicitie septa transgrederer. Si hoc peccatum est, fateor me commeruisse, vt R. vrã Rma talibus, tam acerbis et vellicantibus scriptis mecu ageret, ad que ego multa respondere possum, verum quando id R. vrã Rme molestum et odiosum esse video, supersedebo, ac cedam vt merito debeo R. vrã Rme, atqz quod aliis lrẽs R. vrã Rme copiose perscripsi, me velle stare iudicio R.tis vrã Rme in hac nrã controversia, idem hoc nunc rogo, vt tandem R. vrã Rma inter me et se finem faciat vel ex istis iureconsultoru responsis quorum facit mentione, vehementer enim cupio defungi his molestiis, que non levissime sunt mihi obiecte etiam ab Oeconomis R. vrã Rme id quod arbitror iam R. vrãm Rmam ex meis intellexisse, qualem vero ego me in illos, atqz adeo in R. vrãm Rmam geram vel ex hoc liquet, quod Procincatoribus meis in mandatis dedi, ne quid illis negocii facesserent, sed omnia sua atqz R. vrã Rme placide transigere distrahere ac evehere pateremur. Hoc enim et amicitia nrã antiqua, et vite instituto in quo sumus, dignum esse existimo. His consentanea vicissim mihi etia de R. vrã Rma polliceor. si he sunt Romane machine, quas mihi R. vrã Rma obijcit, his ego me R.tem v. Rmam

appetere non nego. Nam litem intentare aut Romanum iudicium comminari. P. vrā Rm̄a nunquam in animum induxi meum neque aperte neque dissimulate, neque nunc etiam id cogito. Itaque cupio ut ipsamet. P. vrā Rm̄a causam hanc arbitretur. Quam longum sospitem et foelicem esse cupio Vilne. 3. Februarii Anno domini 1536

Joannes Choienski Epus Plocensis,
Andree Cricio Archiepo Gnesnen.

RME in Christo Pater et domine Antistes observandissime
Dedi negocium Alberto Grabski servitori meo ut cum
P. vrā Rm̄a de quibusdam rebus meis verbis agat
Itaque habebit ei. P. vrā Rm̄a fidem. In quo mihi per:
gratum fecerit. P. vrā Rm̄a Quam longum salvam
et incolumem esse cupio Vilne. 22. Maij 1536

Joannes Choienski Episcopus Plocensis
CAPITULO PLOCENSI

Rndi Patres, fres charissimi ac honoran. Ex eo tempore quo in possessionem istius mei Epatus admissi sumus, nihil à F. vris literarum accepimus, nihil ipsi ad vos dedimus. Cum autem magnopere teneamur desiderio cognoscendi quo modo isthic succedant omnia, neqz à F. vris certiores fieremus, amandavimus istuc familiarem hunc nostrum Vincentiu Biskupski qui nobis de rebus omnibus semper posset perscribere, dum in Rempublica et Principum morum obsequio sumus. Porro F. vrãs hortamur atqz rogamus diligenter, ut provideatis ut grex domini, nostre curae comissus bene gubernetur, et si qui sint Lupi, qui eum vexare et concerpere conentur, sine mora nobis significetis rationem initureis, qua illorum rabies à nostris caulis arceri et propulsari possit. Feceritis in eo primum offitium vestrum, deinde nobis rem vehementer gratam. Bene valeant F. vrae et nos amantes redament, ac in precationibus suis, quod nos vicissim facimus, assidue Deo commendent. Vilne XXX Marcii 1536

Joannes Choienski Epus Plocensis
Ioachimo Marchioni Brandenburgen

Illme Princeps etc. De obtrectatorum lingue virulentia intemperantiaq non est q Illma D. vra magnopere sit sollicita, quando nemo fuit unqz tam potens, nemo tam sapiens, nemo tam integer et incorruptus qui hanc evitare potuerit. Nam ut maxime quis culpam prestare possit, obtrectacionem qui certe nunqz prestabit. Est itaqz animi sibi bene conscii non permoveri atqz adeo contemnere vanos hominum susurros. De Illa D. vra nihil hic eiusmodi quod ipsius famam atqz existimationem labe aliqua aspergere possit inaudivi: tu si quid forte esset, si quid popularis fama vel quivis hoies quos non nisi leves esse oporteret pertulissent ac divulgasset, non est profecto tanta levitas et incogitantia, primum in Principibus nostris Sermis, deinde in nobisq, qui in ipsorum versamur obsequiis, facile ut quicqz ac temere de D. vra Illma, secus ac ipsi cognovimus et exploratum habemus persuaderi nobis patiamur. Quod si quid ego persentiscerem istiusmodi, non committerem ut non id Illa D. vra primo quoqz tempore significarem. Itaqz quod ad eam re attinet quieto sit animo D. vra Illa meaqz opera quantulacunqz esse potest suo arbitratu utatur. Quod reliquum est cupio ut Deus opt. Max. D. vram Illmam pariter ac Illma Coniuge ipsius domina mea clementissima longe servet sospitem et incolumem et omni semper foelicitate cumulet et amplificet Vilne XXVI Aprilis 1536

Joannes Choienski Epus Plocensis
CAPITULO PLOCENSI

Venbles etc. Sic se res habet quemadmodum prius fr̃nitatibus v̄ris perscripsimus. Cupimus impendio primo quoqz tempore accepta missione ab his negotiis quibus distinemur reliquã ætatem cum f. v̄ris degere et in curam gregis Chri, qui fi: dei nostræ concreditus est incumbere. Qd neminem meo nomine istuc ad consessum vestrum generalis ut vocant Capituli allegavimus, veram eius rei causam f. v̄ræ co: iectura deprehenderunt, nempe nos id non contemptu sed inscientia moris fecisse. Neqz enim usqz alias quod nos sciamus hic mos observatur, deinceps non committemus quin alicui nostram personam et authoritatem imponamus ad ea quæ ad utilitatem, incolumitatem, atqz dignitatem vestri Collegii atqz adeo totius Ecclesiæ pertinere vide: buntur communi consensu constituenda. Nam quod attinet ad propria mea negocia de iis quid fieri velimus, non po: tuimus docere eum cui negotium id dare voluerimus: qui ipsi egregie omnium, quæ istic gesta sint quæve gerantur ignari simus. Itaqz fortassis in adventum ea nostrum re: ment reiicienda.

Ecclesiam nostram nobis absentibus recte administrari ac tranquillam esse gaudemus, et postulamus à f. v̄ris eodẽ ut studio deinceps vigilent et nostrum officialem in iis quæ officii mei sunt diligenter adiuvent, quod fuerit nobis vehementer gratum.

De eo qui Sacerdotem occidit, censemus agendum esse cum Rmo domino Archiepo ex eoqz diligenter resciscendũ, remiseritne noxam atqz poenam occisori, et qua de causa remiserit, simul indicandum quid et qua ratione in eiusmoi casu et præscripto sacrarũ constitutionũ et recepta consue: tudine

fieri oportuerit. Quod si negabit ille se quicquam remisisse quamquam non magnopere ad nos pertinet eius sceleris poenas persequi quod ante susceptam à nobis administrationem Ecclesiae patratum est, tamen libenter pro virili meá adiuuabimus, ne hoc tam atrox facinus illi homini impune cedat ne illius licentia post alii fiant deteriores.

De Dobrzinensibus quod videbitur faciendum communi consensu, neutiquam defuerimus. f. vris, vt Ecclesiae meae et ministeris sacrorum quam optime prospectum sit. Nunc mittimus ad f. vras Regia mandata quae ad illos sicuti f. vra optauerunt scripta sunt.

Templum cupimus primo quoque tempore perfici. Quocirca hortamur f. vras vrgeant operas et architectos vt quam celerrime perfectum dent maxime quod accepimus eos iam vniuersam mercedem accepisse.

De Doctoribus Concionatoribus atque poenitenciariis non possumus nunc commode quicquam constituere, omnium etiam du rerum imperiti, quamquam quod ad Doctores ad Concionatores attinet, intelleximus bene constitutum fuisse, sed postea rursum incertum quibus de causis omnem ordinem atque descripcionem esse peruersam atque mutatam. Quum istuc aduenerimus tum erit res ea nobis curae quae maxime. Interim f. vrae prouideant quoad commode possunt, vt ne quid necessariarum rerum ommittatur.

Dominus Epus Paulus Vilnen Praepositus vr, hinc nunc abest necdum habet diploma Pontificia, quibus fretus Praepositurae possessionem adire possit, sed de iniuriis quae istic sint ex bonis eidem Praepositurae attributis, conuenimus D. Castellanum Sandomirien qui nunc illa bona administrat. Is vero indicauit nobis lras Procuratoris sui quibus ille rem omnem ordine vt est gesta describit quarum literarum exemplum ad f. vras cum his transmittimus.

Mittimus etiam mandatum Regium ad Theloneos de immunitate omnium nostrorum à Teloneo, ne eam labefactare ausint. Priuilegium vero atque Diploma quod ea de re cauet enitemur vt à Mte Regia confirmetur, vbi nobis eius copiam f. vrae fecerint. Nam hactenus illius exemplum quod se f. vrae ad nos misisse scribunt nullum vidimus. Quod reliquum est cupimus vt f. vrae recte valeant ac de mea in se propensione summa omnia sibi polliceantur. Vilne octaua Junij 1536

Joannes Choienski Epus Plocensis
Ioanni Latalski Epo Craconiensi

R.ME in Chro Pr ac domine et fautor obseruanme. Scripsit mihi Ptas vra Rnda vt ei Doctorem Hosium in familiarium faueam quod ipse cum sim doctus doctis non indigeam. At Rme mi domine ego mihi non arrogo docti nomen: sed Doctorum conuersatio et familiaris conferentia me admodum recreat et oblectat: verum quod attinet Doctorem Hosium rem vt se habet paucis exponam: hunc virum ob virtutes quibus pulchre adornatus est: iam non à pauco tempore amaui: et quando Pedagogum Nepotum Rmi dni olim mei Io. Conarsky Epi Crac egit, patrocinio foui: atque post obitum benefactoris mei in graciam successoris qui postremo decessit Petri Tomicii Presulis Crac vt potui insinuaui: quem cum intellexi sublato patrono suo, nullius famulitio se obligare velle: in Contuberniu aut familiaritatem meam asserui non vt scribendis eplis onereetur apud me sed quo sue doctrine fructu interdum familiaribus colloquiis me participem faciat, quod ipse et se facturum recepit et rogauit ne propositum hoc meum immutare velim attestans sibi

ea condicione nihil futurum iucundius. Nam ob imbecilles
vires corporis paulum abfuit ipse à vite periculo: q ab olim
Rmo domino Crac scribendis Eplis granabatur. Cum
itaqz mihi sit, qz primum redierimus in Poloniã et absoluto
Conventu regni concedendum ad Epatum meum Ploc. et
illic agendum vbi penuria est virorum eruditorum: hic
vnus multorum loco mihi sit futurus: hic solitudinem illam
reddet mihi suavem vita innocua, moribusqz probatis,
atqz doctrine sue communicatione. Miror itaqz q mihi
adimere velit hunc hominem R. vrá Rma que pro
vno centum omni die habere potest, quandoquidem Craco:
nien Gimnasium habet, cuius Cancellarium agit: illic co:
modissime fruetur viris in omni genere scientiarum nõ
vulgariter eruditis: Illic facili negocio parabit et sibi
et reipub. Hosio non solum similes, sed eciam eo maiores
viros quorum obsequiis vrá Rma Ptas cum laude sua
et regni vtetur: quid igitur à flumine haurit vndam, vt
eam mari iungat? quod neqz fluminum influxu augeri
neqz defluxu minui potest. Immo hoc facere videtur R.
vrá Rma quod habet tritum illud adagium mei idio:
matis. Dives querit mantica à paupere. tametsi mihi nõ
possum persuadere vt credam q vrá Ptas Rma ea inté:
cione postulet hunc virum in famulitium suum, vt mihi adi:
mat cum potius me aliquot similibus providere deberet
ex ingenti caterva cui praeest feliciter Crac: cupio enim
et alterum atqz etiam tercium si fieri potest et ferent facul:
tates mee adiungere mihi viros cum quibus suavius
in Poltowsko peragam reliquum vite: cuius terminum
non plurimum abesse certus sum. Rogo igitur boni con:
sulat R. vrá Rma excusationem meam non minus piam
qz honestam. Scit enim ordinatam charitatem à seipso
inicium sumere: tamen R. vrá Rma et me et Doctoré

habet

Hosium ad omnem necessitatem suam: Immo et omnes qui me: cum exeunt: exeunt ad arbitrium .R. vrae Rmae / scio ego quam facile est assequi tales famulos Crac: et item quod diffi: cile est persuadere alicui vt relicta amena Crac eat in aliud locum presertim vero in Masoviam incipio experiri: liceat igitur mihi per gratiam .R. vrae Rmae vesci micis similibus que supersunt ex dapium abundanti copia mense eius / Imandini Rme domine quosdam ita suasionibus perurgere Doctorem Hosium vt concedat in famulitium .R. vrae Rmae vt etiam minas nescio quas ei intueant: hec quod conueniant, permitto illius prudentie expendendum: persuadeo quidem mihi hec agi inscia imo inuita etiam .R. vra Rma cuius solite gracie me plurimum commendo eamque foeliciter valere cupio Vilne XXiij . Marcij Anno domini M°. D°. XXXVi°

Joannes Choienski Epus Plocensis
Stanislao Hosio vtriusque iuris Doctori

Dolui mi Hosi maiorem in modum de heri tui Crac Epi obitu quod et mihi amicus et reipublice magno bono ornamentoque esset, sed non minus etiam quod in te tuique similes homines doctos, quam suauissime fuisset effusus, ita vt existimarem magnam iacturam fecisse rem literariam amisso tanto patrono. Cumque tui mihi veniret in mentem, cupiebam te mihi adiun: ctum sed me illud deterrebat, quod videbam mihi non magnam esse tui, pro meritis tuis ornandi facultatem in Plocen Epatu, et quod acceperam, te à magnis viris ambiri, nolebam igitur obstare fortunis tuis, quas magnopere, qua sum iampridem in te propensione adiu: tas cuperem. Sed posteaque mihi Cromerus meus indi: cauit, velle te meam etatem degere, libenter amplexus

sum animum tuum sibi summa omnia de me pollicentem.
Itaqz sane qz lubens te in familiaritatem meam accipiam,
posteaqz istuc quod breui futurum spero reuerterimus
et quod hactenus feci sedulo, vt de tuis tuorumqz comodis
atqz ornamentis cogitarem, deinceps iam etiam accura:
ratius faciam, et quamqz qua nunc sum condicione atqz
loco, non tam mihi in promptu est tibi bene facere qz Crac
Epo, prouidebo tamen, ne te consilii factiqz tui poeniteat
Vale Vilne tercia Marcij 1536

Joannes Choienski Epus Plocensis
Stanislao Hosio iuris vtriusqz Doctori

S. D. Deamo mi Hosi tuum istud propensum erga me studiu
q in fidem atqz clientelam meam vti cupiebam concessisti, cuius
consilii ne te poeniteat diligenter prouidebo. Quod autem
huc venire velis nihil est quamobrem tantum molestie
subeas. Nam et citius qz fortasse aliqui existimant nos istuc
reuersuros esse spes est, et in hoc te mihi adiunxi, vt te per:
petuis et molestis laboribus perinde atqz prior herus tuus
fecit onerem ac deprimam, sed quod te virtute atqz do:
ctrina non vulgari preditum esse scirem, vt ex ea fru:
ctum aliquem et voluptatem suo tempore capiam Vilne
xxi. Aprilis 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Papae Tercio

Beatme Pr: obsequia mea promptissima cum summa obser:
vantia et osculo pedum beatorum S. vre imprimis offero
Reverendi domini Joannis Epi Ploczen opera in maximis
negociis meis et regni mei et in Cancellarii loco nunc utor
estque homo preter singularem virtutem et constanciam: magno
ingenio: doctrina: prudentia: et in rebus gerendis rara
dexteritate preditus, pro eiusmodi hominibus libenter apud
S. vram intercellare soleo: propterea quod id magno ex usu
non meo solum sed etiam Regni mei atque ordinis Ecclici
qui nunc si unque alias magna vi ubique fere petitur esse
video. habet is opus multis doctis et industriis viris
quorum opera in meis pariter ac regni mei, Ecclesiasticisque
negociis utatur et sublevetur, quorum plerique sunt Eccle:
siastici ordinis neque est unde eis merita laborum premia
persolvat: propterea quod neque satis amplos redditus neque
multa sacerdotia quibus eos ornet habet. Quare peto a
S. vra maiorem in modum ut ei faciat potestatem quoad
victurus est, omnia sacerdotia in Epatu suo Ploczen, que neque
ampla neque multa sunt, in iis Mensibus qui Sanctitati vre
et Sedi Apostolice attributi sunt, quibus velit conferendi.
similiter et Decanatum Posnanien secundum obitum Be:
nedicti Latalski qui nunc eum habet: preterea quecunque
sacerdotia Nicolaus Bedlenski Scolasticus Crac et Sta:
nislaus Borek Custos Sandomirien. habent, nihil ob:
stante ulla gra S. vra: in quo S. vra nihil decre:
det. Ille vero si satis nobis notus ac perspectus est
providebit diligenter ne ad indignos ea sacerdotia
deferat, sed ad eos quos Ecclesie patrieque bono et or:
namento fore iudicaverit: quo facto S. vram et me

sibi ex obligato faciet obligatiorem et regnum meum ordinemque Ecclesiasticum qui in eo est, turbulentis istis et periculosis temporibus stabiliet atque confirmabit: quorum hoc Deus opt. Max. S. V. cumulate rependet. Illud ego summa observantia promereri studebo: cui diuturnam valetudinem ac perpetuum foelicitatis cursum sedulo opto Vilne. x.a May 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Hieronimo à Ghinutiis Cardinali

R.me etc Quanto plura nobis in dies de magna P. V. R.me in nos propensione et humanitate benignitateque in subditos meos predicantur, tanto maiore fiducia eos quos merito suo inprimis charos habemus, P. V. commendamus: in quibus R.ndus dominus Joannes Epus Ploceñ cum ingenii et virtutis commendatione, tum propter singularem erga nos fidem et observantiam atque in administrandis negotiis meis diligentiam ac dexteritatem, facile primas obtinet: eius nunc negotia P. V. R.me istic apud Sacrosanctam Sedem Apostolicam adiuvanda et conficienda commendamus: ac tanto diligentius commendamus quanto magis ea ad regni mei atque ordinis Ecclesiastici qui in regno meo est stabilimentum et ornamentum pertinent: petimus autem à S.mo domino meo primum ut ad consumandum templum Ploceñ quod retroactis aliquot annis fulmine exustum magna iam ex parte instauratum est graciam Jubilei unius anni spatio talem qualis antehac data erat largiatur: deinde ut ipsi domino Epo Ploceñ dum vivit omnia sacerdotia in Epatu suo que et pauca et non ampla sunt, in Pontificiis mensibus vacatura: Preterea Decanatum Posnanien post mortem Benedicti Latalski, et quecumque sacerdotia Nicolaus

Bedlenski Scholasticus Crac. et Stanislaus Borek Custos Sandomirien habent secundum obitum eorum absque ulla ullius gratie exceptione conferendi potestatem faciat ut is habeat qua spe deinceps idoneos doctosque viros in obsequio meo ad se alliciat. Faciet ergo nobis P. vra Rma rem vehementer gratam si gratia et interpellatione sua apud Sanctissimum dominum meum perfecerit ut hec optata feramus. Ipsum vero dominum Cpm magnopere sibi denunciet. Quod restat optamus P. vram longum salvam incolumemque esse. Vilne. x.a May 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
CAPITVLO Cracoviensi

Venbles et Commisimus generoso Senerino Borek Castellano Biecen ut vobis voluntatem nostram de Episcopo Cracovien declararet. habebitis ergo ipsi fidem et ad voluntatem nostram vos attemperabitis quod facietis pro fide vra et gra mea Vilne xv Januarii 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Episcopo Posnaniensi

Reverende in Chro etc. Declaravimus S. tuam Epm Craconien quem Nuncium ad S. tuam perferendum generoso Martino Volski Curie mee Thesaurario delegavimus intuitu diuturnorum et fidelium illius erga nos obsequiorum: Is quoniam officio suo et Succamerarii quo in presens fungitur munere impeditus ab Aula mea abesse non potest: petivit à nobis vt sibi per famulum suum eum Nuncium ad S. tuam mittere liceret. Itaqz dedimus ei has lras ad S. tuam reliqua ipse S. tue indicabit et de nostra voluntate eam certiorem faciet Que bene valeat Vilne XV. Januarii Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Papae Tercio

Beatissime Pr etc. Obiit retroacto tempore Rndus. do. Petrus Tomiczki Epus Craconien cum ego è regno meo ad Magnum Ducatum Lithuanie magna loci intercapedine disiunctum concessissem et bello adversus Moschos hostes meos gerendo occupatus essem: quo factum est vt minus propere successorem ei designare possem. Nunc tandem habens rationem ordinis atqz etatis Rndi. D. Joannis Latalski Epi Posnanien designavi eum ad Craconien Epatum à Ste vra transferendum. In eius vero locum ad Posnanien Epatum Rndum do. Joannem Epm Vilnen Quapropter vtrumqz S. vre commendo vt eos S. vra transferat quod fecerit mihi gratum S. vram longum salvam esse et foelici semper successu rerum florere cupio Vilne XVIa Januarii 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardinali S. Quatuor

Rme: Multa loci intercapedo et bellice expediciones ad: uersus Moschos in quibus nunc toti sumus in causa sunt q. serius quam vellemus designauimus quem Rendo domino Petro Epo Cracouien proxime defuncto in Epatu Crac succedere vellemus. Nunc iam tandem designauimus Rendum dominum Joannem Epm Posnanien, ad Posnanien vero Rendum do. Joannem Epm Vilnen, eos ambos vt Smo. dno nro commendauimus ita vra quoque P. Rme commenda: mus postulantes vt eos P. vra Rma in obtinenda tran: slatione adiuuet. Erit id nobis magnopere gratum. Cu: pimus P. vram Re. longum saluam et foelicem esse Vilne xvi Januarii 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo PAPAE Tercio

Beatissime Pr. Commendatione mei ac Ditionum mearum et beatorum pedum osculo reuerenter premisso. Antecessor S. vra concessit ac donauit mihi Denarium Sancti Petri in Ditionibus meis, in subsidium aduersus hostes Christiani nominis, qui vt meis Ditionibus proximi sunt, sic eas ve: hementer infestant vexant et oppugnant: Cuius autem pecu: nie Collectorem instituerat Rendum olim dominum Petrum Tomiczki, Epm Crac: is quoniam nature debitum soluit, peto à Ste vra vt hoc munus colligende istius pecunie Rendo domino Joanni Latalski, quem illi in Epatum suffi: ciendum existimaui ac Sti vre commendaui deleget, quod faciet S. vra pro singulari sua cum in vniuersam rempcam Christianam, tum priuatim in me ac Dominia mea propensione

Ego vicissim gratitudinem meam erga vram S. debita sub:
iectione et summa obsequendi voluntate agnoscam. Quod
reliquum est cupio S. vram q3 diutissime validam et for:
tunatam esse Vilne XXij. Januarii 1536

Sigismundus primus Rex Polonie,
Paulo tercio Pontifici Romanorū

Sanctissime et beatissime Pr et domine, domine clementissime
Post mei regniq3 et Dominiorum meorum plurimam commen:
dationem. Superioribus diebus cum Rdus dominus olim
Petrus Epus Cracovien ex hac vita decessit: commendavi per
alias lras vre Sti Rndos dominos Joannem Latalski Epm
Posnamien, ad Crac, Vilnen vero Epm Joannem de Ducibus
Lituanie ad Posnamien Epatum, deliberabamq3 paululum
de eo qui collocari ut res postulat possit in Cathedram Vilnen
que huius Magni Ducatus Lituanie prima dignitas est:
et unum ex multis delegi Rndum dominum Paulum Epm
Luceorien virum multis nominibus digni cum ob vite mo:
rumq3 integritatem et in obeundis officiis Ecclesiasticis
diligentem, tum ob generis et Stemmatum claritatem utpote
qui ex Ducibus originem ducat natusq3 sit: eum itaq3 S.
vre offero et commendo, suppliciq3 dignetur eundem ad
Epatum Vilnen promovere et transferre: quia vero Epatus
Vilnen adhuc tenues proventus habet neq3 posset in ea
Epus prout dignitas tanta postulat statum suum cum decore
ferre. Ideo adiungendum ei censui Prepositurā Eccliē
Cathedralis Plocen Iuris patronatus mei quam antecessor
suus cum Epatu Vilnen eadē quoq3 ratione tenuit: rogo
proinde ut S. vra in translatione ad Epatum Vilnen eundē
dominum Paulum simul etiam ad Prepositurā Plocen cō:
firmare velit: committatq3 S. vra ne in annatis et expedi
tionibus

expeditionibus suis hic quem S. Vra commendamus plus aequo emungatur: satis enim superq3 gravitatis et impensarum fe: cerunt subditi et servitores mei ob continua bella que semper gero cum infidelibus. Faciet S. Vra rem iuxta piam ac mihi gratissimam Deus opt. Max. pro bono rei Christiane et optatis meis servet diutissime S. Vram sanam sospitem et foelicem Cui me iterum et mea omnia uti patri clementissimo etiam atq3 etiam commendo Vilne

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Protectori

Rme etc Sublato ex humanis Rndo olim domino Petro Epo Crac commendavimus ante paucos dies aliis lris meis Sanctissimo domino meo dominos Epos Posnanien. ad Cracovien: et Vilnen. ad Posnamien Epatum, nunc vero offerimus et commendamus S. sue ad Epatum Vilnen simul et ad Prae: posituram Plocen Rndum do. Paulum Epm Luceorien vi: rum cum ob vite et morum probitatem tum ob generis clari: tatem in hoc magno Ducatu meo Lithuanie inter Ecclesiasticos facile primum, proinde rogamus plurimum ut Vra Rma P. meis istis postulatis solitum patrocinium apud illius S. im: pendere velit et diligenter agere, ut illius S. Rndum D. Epum Luceorien non solum sufficere et transferre ad Ecclesiam Vilnen: sed etiam ad Praepositurea in Ecclia Ca: thedrali Plocen que est Iurispatronatus mei et prius ab Epo Vilnen propter dignitatem Epalem commodius sup: portandum possessam, simul confirmare dignetur: si quidem pro: ventus Epatus Vilnen adhuc non sint adeo opulenti ut Epus posset cum decentia ac ut res postulat et statum suum ordinare et Ecclesie onera explere quandoquidem Ecclia ipsa Cathedralis Vilnen adeo ignis voragine absumpta

est: q necesse sit novam à fundamentis erigere. Speramus q
. R. vrá Rma pro sua solita erga nos benevolentia et affe:
ctu operam ea qua solet diligentia et dexteritate in hoc quoqz
quod postulamus impendet, Quam ei vicissim pari benevolé:
tia et gratificatione nrá referemus foelicissime valeat
Vilne 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Latalski Epó Crac designato

Rnde in Christo Pater etc Rndus dominus Joannes
Epus Vilnen petiuit à nobis vt intercederemus apud S.
tuam vt ei S. tua Episcopatum Posnanien quem ei con:
tulimus cum grá rebusqz necessariis vti decet bene pro:
visum relinqueret: quod cum sit equitati consonum postula:
mus S. tuam vt quod sua sponte factura esset libentius
benigniusqz nrá causa faciat. Faciet nobis S. tua rem
gratam Vilne iij Marcii 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Papae Tercio

Beatissime Pr. Commendatione mei ditionumqz mearum et osculo pedum beatorum premisso. Posteaqz Rndus dominus Paulus Epus Luceorien ad Epatum Vilnen transferendus. S. vra a me commendatus est, dispiciebam quempiam ei sufficiendum putarem in Epatu Luceorien, obtulit se mihi Venerabilis Georgius Chwalczewski Cantor Vilnen et Secretarius meus, qui propter morum integritatem et industriam cumprimis idoneus ad eum honorem sustinendum mihi visus est: Itaqz diligenter eum S. vre commendo ac rogo vt ei S. vra sacerdotia que neqz multa neqz opulenta habet pariter cum hoc Epatu obtinenda relinquat, facilemqz et benignam expeditionem fieri iubeat, quo commodius et maiore cum dignitate eum honorem sustinere possit, sane enim qz tenues sunt istius Epatus reditus, ita vt aliunde petitis subsidiis opus habeat qui muneri suo respondere velit. Non dubito S. vram in his facilem se erga istum ipsum Secretarium meum exhibituram esse: quod ego vicissim summa observantia omniqz offitiorum genere de S. vra promereri studebo: Cui diuturnam valetudinem incolumitatem et prosperrima queqz opto Vilne XVI Marcii Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardinali Sanctoru quatuor

RME. Commendamus S. domino nro Venblem Georgium
Chwalczewski Cantorem Vilnen et Secretariu nrm ad
Epatum Luceorien inaugurandu quod eum maxime idoneu
ad eam dignitatem sustinendam esse existimemus sed quod
is Epatus admodum exiles habet redditus, petimus vt ei pa:
riter Sacerdotia que habet non ampla, obtinere liceat, et vt
facilem ac benignam expeditionem habeat, Nunc vram qz
P. postulamus vt eum in his negotiis ex sententia sua con:
ficiendis apud S. dominu nrm diligenter nostra causa
adiuuet, quod nos vicissim de P. vra Rma promereri
non pretermittemus Quod reliquum est P. vra Rma
sit longum sospes et fortunata Vilne xvi Marcii 1536

Sigismundus primus Rex Poloniǽ
Paulo PAPAE Tercio

Beatisme Pr. Post sedulam mei et Ditionum mearũ commen:
dationem et oscula pedum beatorum. Superiori tempore quũ
Rndum dominũ Petrum Gamrath Epm Camenecen ad
Premislien Epatum euehendum ac transferendum commen:
dassem, dispiciebam diligenter ecquem reperire possem inter
subditos meos, ad quem, Camenecen Epatum ex re mea
publicaq; deferrem, qui eum honorem cum dignitate ferre
et posset et vellet: recusant enim pleriq; omnes quum propter
exiles admodum redditus: tum q ea Dioecesis quietis ac trã:
quillitatis expers hostium meorum à Chri religione alieno:
rũ incursionibus et populationibus semper est obnoxia: nũc
tandem reperi virum honestũ virtuteq; et pietate charũ
Venerabilem Sebastianũ Branizki Secretarium et referen:
dariũ meum: cuius mihi fides et integritas spectata est,
qui hoc onus subire non detrectet: eum itaq; Sti vræ ad
istum ipsum Epatum Canenecen confirmandũ diligenter
commendo, orans vt is facilem benignam atq; celerem ex:
peditionem habeat intuitu commendationis meæ et prouẽ:
tuum exilitatis. Deinde vt ipsi Stas vra potestatem fa:
ciat Sacerdotia quæ habet paucula neq; opulenta pariter
cũ isto Epatu retinendi quo commodius atq; honestius
munere suo fungi et reipublicæ atq; regni mei vsibus in
seruire possit. Fecerit Stas vra, pro ea benignitate et clemẽ:
tia quam in summo Principe religionis nræ esse oportet
et in S. vra esse non dubito. Ego vero debita obedientia
et obseruantia mea erga S. vram et Sacrosancta Sedem
Apostolicã admitar vt ne quando ingratus inueniar. Quod
reliquũ est cupio vt S. vram Deus opt. Max. longũ so:
spitem et secundis rerũ successibus amplissimã bono reipcæ

Christianę conseruet Vilnę prima Januarij Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonię Antonio Cardinali Sanctorum quatuor

Rme in Chro Pr et Post Rndum Petrum Gamrath Epm Camenecen ad Premislien Epatum repperimus tanquam virum idoneum Venerabilem Sebastianum Branizki Secretarium et refferendarium nrm qui Camenecen Epi dignitatem et suscipere vellet et sustinere honeste possit quem cum Smo domino nro diligentissime commendauerimus vrę quoque P. Rmę etiam atque etiam commendamus postulantes vt is intelligat sibi commendationem nram magno fuisse adiumento in obtinenda benigna et celeri expeditione et reseruatione sacerdotiorum quę satis exilia habet vt his auxiliis commodius Diocesi suę crebris Scytharum et Valachorum incursionibus penitus exhaustę preesse et reipublicę nrę seruire possit. Fecerit ergo P. vrą Rma nobis pergratum si eum in his negotiis suis adiuuerit quod et velle eam existimamus pro officio suo et qua est erga nos animi propensione facturam confidimus quam longum saluam et incolumem esse cupimus Vilnę prima Januarii 1536

Sigismundus primus Rex Poloniȩ
PAVLO PAPAE Tercio

Beatis^me^ Pr etc. Quum deferrem Epatum Plocen ad Rendu dominum Joannem Choienski qui tunc Premislien Epus erat non putabat is ea me voluntate esse vt opera sua in functione Cancellarii diutius vti vellem: Itaqz contentus ijs redditibus quos ex Plocen Epatu habiturus esset neqz à me neqz à S. vrá petiuit vt ea sacerdotia quȩ cum Premislien Epatu obtinuisset etiam cum Plocen obtinere posset: Sed quum id adhuc in manu S. vrá esse intelligam et ille minus commode meis et reipub^cȩ^ negotiis propter sumptuum quos faciat necesse est magnitudinem seruire possit: tribuat hoc S. vrá homini ipsi eximia doctrina et incorruptis moribus predito: tribuat mihi filio suo obsequentissimo, tribuat Ecclesiastico ordini cuius ille in his oris multo magis hac racione commodaturus est: demiqz tribuat vniuersȩ reipub^cȩ^ meȩ cui ille commodo et ornamento esse vt pot ita etiam solet, vt ei duo sacerdotia quȩ sola habet reliqua cum Plocen vt dixi Epatu obtinenda relinquat, nempe Decanatum Kielcen et Parrochiam Kosgielcen, quo maiori cum dignitate in Aula mea mihi et reipub^cȩ^ vacare possit, erit hoc mihi cumprimis gratum et regno meo ac presertim ordini Ecclіáco vtile ac honorificum, simul S. vrá declarabit in hoc animi sui propensionem qua in doctos cordatos et frugi homines affecta est. Quam ego longum saluam et incolumem et in omnibus prosperis rerum successibus reipub^cȩ^ Christianȩ vtilibus qz ornatissimam esse cupio Vilnȩ. 27 Januarii Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardinali S. quatuor

RME etc Commendamus S. D. nro Rndum Joannem Epm Ploceñ ut ei Sacerdotia dno que sola habet reliqua que: admodu cum Premislien Epatu obtinuit sic etiam cum Ploceñ obtinenda relinquat: nempe Decanatu Kielceñ et Par: rochiam Kościeleceñ propterea q absq iis in Aula mea Cancellarii munus quod propter ingenii atq doctrine ex: cellentiam voluntate meá obit minus commodé et cu digni: tate obire posset: quare vrá quoq Pti negotium id pro: movendum et quemadmodu cupimus conficiendu diligenter commendamus. Fecerit nobis in hoc. P. vrá Rma rem summopere gratam. Dedimus autem negotium Venli Bar: tholomeo Gantkowski ut hac de re pariter et de collectione denarii Sancti Petri de qua aliis literis ad P. vrám Rmám scripsimus sollicitet Vilne XXvij Januarii Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni supremo Magistro ordinis S.
Ioannis in BOHEMIA

MAgre grate nobis dilecte. Superiori tempore quum obiisset mortem Commendator Posn detulimus id offitium ad Generosum Jacobum Brzozowiecz Aulicum nrm, propterea q nobis et in Aula, et in bellis: fidem constanciam atq virtutem suam magnopere probasset. Is quum ministerio meo et aliis negotiis quibusdam impeditus ipse ad Mtiam tuam vt antiqua consuetudine confirmaretur proficisci non posset, misit famulum suum cum lris qui ipsi confirmationem à Mtiā tua reportaret. verum is longe alias lras quam oportebat reportat ad barum suum, et ad Mcum Lucam de Gorka Palatinum Posnamien, que vtreq huc ad nos transmisse sunt, in quibus Mtiā tua miratur quonam pacto ille sese in offitium Commendatoris Posnamien non iubente ac nesciente Mtiā tua ingesserit: vnde facile intelligimus. M. tuam recens et ordinem et Magisterii dignitatem assumpsisse vt que nondum satis nouerit istius ordinis consuetudines presertim quod ad Commendatorem Posn pertinet qui vt in meā est ditione ita semper à nobis designatur, et inde à Mgrō ordinis Sancti Johannis in Strakowicz confirmatur. confirmabit igitur hunc etiam. M. tua ad quem nos hoc offitium detulimus. Quod si detrectabit atq aliquid negotii facessere in hoc ipsi volet, inueniemus viam vt neq hunc neq vllum deinceps successorem ipsius Mtiā tua vel quisquis Mgr fuerit in Bohemia confirmet. Non potuit autem ipse etiam nunc ad Mtiam tuam venire obsequiis nostris occupatus. Bene valeat Mtiā tua Vilne. vi a Januarii Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Poloniȩ Stanislao Tanczinski Succamerario Sandomiriensi

Miramur et graviter ferimus tuam F[ide]l[ita]tem tam degenerem esse a maiorum suorum instituto: qui si quid agendum esset, iure semper nunquam vi agebant, tamque immemorem Iurisiurandi quod nobis debet, quum officium hoc quo fungitur, n[ost]ra benignitate acciperet, nimirum ut securitatem homini praestaret, ac procuraret semper, eo audaciȩ provectam esse, ut neglecto et contempto iure, vi atque minis agat, praesertim adversus Venerabilem Jacobum de Cliparz Theologiȩ Doctorem et Concionatorem Ecclesiȩ Cathedralis Crac[oviensis], hominem non minus mitem et incorruptis moribus quam eruditum, et qui nobis, Ecc[lesi]ȩ Crac[oviensi], atque adeo toti regno, magno est usui atque ornamento. Quare ut sit sciens F. tua, recepimus eum in protectionem n[ost]ram, prolixeque ei de securitate vitȩ literis meis cavimus, severe animadversuri in omnes quorum vel iussu vel opera vis ei aliqua aut iniuria facta fuerit. Quod vero ad minas et factum tuȩ F[ideli]t[a]tis attinet, etiam severe iudicabimus, cum Dei benignitate salvi et incolumes in Poloniam redierimus et a domino Ep[iscop]o Crac[oviensi] vel a Capitulo ea de re conventi fuerimus. Vilnȩ 15a Aprilis 1536

Sigismundus primus Rex Poloniae
Summo Pontifici Paulo tercio

Beatissime Pr. Questus est mecum Rndus do. Paulus designatus Epus Vilnen, exhiberi sibi negocium ab officialibus Urbanis Sanctitatis vrae in obtinendis Diplomatis quibus illi Episcopa sua stabiliatur. Infinita enim quadam cupiditate adductos in immensum annatas quas vocant pensiones ultra antiquam estimationem eos augere velle, et pro 50 anreis qui soli antehac ex hoc Epatu numerari soliti sunt 700 extorquere: Quae res cum prius etiam apud subditos meos increbuerit, propterea q eadem ratione iidem officiales etiam Rdo domino Joanni Choienski Epo Ploccen difficultatem et molestiam exhibuerunt: pro mille aureis annatarum duo millia preter morem et institutum imperantes, vehementer eorum animos commovit, sic ut a nobis contenderent magnopere, ne deinceps pateremur ullas Annatas Sedi Apostolicae pendi: propterea q cum hae consensu publico ad defensionem Christiani nominis decretae essent, non tantum non expenderentur unquam in eos usus, verum etiam incertum quid hiis fieret: et tamen preter morem augerentur. se interim universam fere hostium Christiani nominis atque Scismaticorum vim atque impetum suis humeris sustinentibus, et quod iugum aliae iam nationes pleraeque omnes excussissent: ei se solos qui iustiorem illis causam immunitatis haberent, obnoxios esse non oportere. Et profecto nonnihil est quod causificantur. Sunt enim certe omnium hominum oculi hac mea tempestate, si unquam alias, patefacti, ut facile qua quidque ratione fiat, et quomodo fieri oporteat perspiciant: et ad libertatem qua hereticos vicinos suos vident, impense aspirent: cum multa in dies equitati fortasse non satis consona in se constitui animaduertant. Conveniebat sane rationem haberi difficillimorum istorum temporum

dum Sedis Apostolicę Sacrosancta dignitas, authoritas atq; ma:
iestas à plerisque impune floccipenditur, ne quid ab his qui
ei presunt eiusmodi committeretur, quo reliquiarum que iam
exigue supersunt, animi merito abalienari possent. oporte:
bat respectum esse promptissime voluntatis et obseruantię
meę erga eandem Sacrosanctam Sedem vt quo promptiores
sumus ad facienda iussa, eo minoribus premeremur oneri:
bus Quandoquidem et nerui si nimium contendantur citius rumpū:
tur Et arbores que maiore vi flectuntur, aut franguntur
prorsus aut cum flectentis malo resiliunt. Ad hec Episcopi in
ditionibus meis maiora q; vnq; alias ferunt onera. Nam et
Rempublicam gerunt, id quod sine magno sumptu facere nō
possunt, et cum hereticis atq; Scismaticis à quibus vndiq; cir:
cumdamur et oppugnamur etiam, plusculum negocii habeant
oportet: prouidendo diligenter, ne qua greges sibi commissi,
mali contagio inficiantur. Sumus enim omnes ad malum pro:
cliniores: Et sunt preterea quidam homines qui immensa cupi:
ditate et nimium imperiosis et importunis iussibus instantes
in preceps impellunt. Quo fit, vt si illi suum institutum prosequā:
tur, egre possim ego subditos meos quod hactenus feci sedulo,
qua sunt in sacrosanctam Sedem Apostolicam fide et obseruantia,
deinceps quoq; in officio continere, ne cum vicinis suis eam pror:
sus habeant despicatui. Quocirca peto à S. vra, etiam atq;
etiam, caueat pro virili, vt ne quid eiusmodi se tenente clauē
gubernacula vsu veniat, hoc est ne cuiusq; animus intemperatę
.s. in augendis Annatis quorundam hominum cupiditate et nouandis rebus offensus,
alienetur, et signanter edicat officialibus suis ~~nequid~~ de dnis
Ploczen et Vilnen Epis, ne quid in eos preter antiquam consue:
tudinem constituatur. Quare efficiet Sanctitas vra vt ma:
iore deinceps animi propensione si tamen ad hanc aliquid adijci
potest, Sanctam Sedem Apostolicam et Sanctitatem vram obser:
uem et venerer: et subditos meos idem vt eodem studio facere pgat

autoritate mea adducam: Quod reliquum est commendo me pariter cum dicionibus meis V.rae Sanctitati quam possum officiosissime. Vilne xi. Junij 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardinali S. quatuor Coro:
natorū Regni Polonie Protectori

Vehementer miramur: qui fiat, vt istic tantopere despicatui nunc habeamur: multa vt noua preter antiquam et receptam consuetudiné, preterq3 ius et equum aduersus subditos meós instituantur. Cuius rei culpa, in temporum ne infoelicitatem an magis in conniuentia P.tis V.rae R.ndę conijcienda sit dubitamus. Certe arbitramur id demum esse protectoris munus, prospicere diligenter, ne qua iniuria protegendi afficiantur, neue cuiusq3 cupiditati et libidini pateant. In quam curam et cogitationem hii qui antehac nrarum dicionum nomine hoc munere functi sunt, sedulò incubuerunt. Nunc verò eo licentię atq3 auaricię quidam officiales Sedis Apo: stolicę prouecti sunt, vt in meós subditos nihil non licere sibi putent, nec iniuria, quando hoc illis impune licet; nemine re: clamante ac ne interpellante quidem. At enim conueniebat esse, qui etiam Sanctissimum D.no admoneret. Hoc nouum est: hoc preter morem: hoc iniquum et intolerandum hiis, in quos fiat vi: debitur. Facilitate et clementia continendi sunt in officio, qui hoc religionis Christianę caput adhuc agnoscant, qui sane perpauci sunt reliqui: Deniq3 summum Jus (quod summa est plerumq3 iniuria) si vnq3 alias, nunc profecto minime persequendum est: ac nonnihil potius de meó iure remittendum atq3 largiendum esse. Hec atq3 huiusmodi si aliquis obloque: retur, posset fortasse immoderatum istud imperium et infinitam cupiditatem aliquantisper refrenare Quare ordini suo

dignitatem stabiliret: et sibi decus adiungeret: eos vero quo:
rum id causa fecisset plurimum sibi deuinciret, et ad iussa
facienda promptiores faceret. Quod nunc tantum abest ut fiat,
ut audaciam potius licencia alat et confirmet, et ad maiora
indies aggredienda inuitet. Jam Sacerdotia eorum qui
ad ampliores Ep[iscopatu]s per nos promouebuntur, que in mea p[otes]tate re:
cepta consuetudine esse oportebat, nobis inscijs et inuitis istic
conferuntur: Ab Ep[iscop]is maior iusto atq[ue] solito pecunia An:
natarum nomine emungitur: id quod non ita multo ante R[everen]do
domino Joanni Ep[iscop]o Ploczen[si], nunc iterum domino Vilnen[si] vsu
venit. Ab illo enim officiales non minus duobus millibus.
ab hoc non minus septingentis aureis pro Annatis tantum
auferre conati sunt, cum ex illa Ep[iscopatu] semper non nisi mille
aurei: ex hac non plus quinquaginta pendi soliti sint. Jn:
vulgata est ea res apud subditos meos, itaq[ue] non satis aequo
animo ferunt, qui palam indignantur non satiari istorum
officialium cupiditatem vsitatis exactionibus quarum ta:
men pleraq[ue] magis ob receptam consuetudinem, quam ob
aequitatem vtcumq[ue] ferende essent. Sed nouas indies rationes
emungende a se pecunie excogitari. itaq[ue] sapere eos qui
hoc tam intolerabile iugum a ceruicibus suis excussissent.
se fungos atq[ue] caudices, nimiumq[ue] sui oblitos esse, qui ista
aut non intelligant, aut ad intellecta conniueant. Jn hoc
esse decretas Annatas olim, et apud Summum Pontificem
deponi iussas, ut hac pecunia militare presidium quo nominis
Christiani hostium vis et potencia Christianis pergrauis
retunderetur, quo expeditius Ecclesia Christiana parata et
tranquilla in cultum diuinum incumberet. Nunc sibi non co:
stare quid fiat ea pecunia. Jllud certe nemini esse ambiguum
eam in quos decreta erat vsus nequaq[ue] insumi. Se magna
ex parte Christianorum res niti, se solos fere vniuersam Ethni:
corum et Scismaticorum vim atq[ue] insultus sustinere. Et tamen

Et tamen solos Armatas Summo Pontifici pendere, quod nulla
preterea gens faciat, quo q3 lubentioribus et æquioribus animis
fasces Romanos agnoscant, eo graviore atq3 intolerabiliore
se esse condicione, se præ coeteris variis modis appeti et vexari,
et novis subinde exactionum generibus exhauriri, fortassis
vt inde: quicquid per hæreticos detrimenti accidit, sarciatur
et instaureþur.
Hiis atq3 huiusmodi querimoniis à nobis contendunt, vt sibi
quoq3 vicinorum suorum exemplo liberis et immunibus esse
per nos liceat. Et veremur vt eis moderari possimus, si isthic
deinceps idem imperium in se exerceri cognoverint.
Profecto enim habere debet racionem temporum atq3 hominum
quibus præest is qui diuturnam atq3 stabilem velit habere
potestatem. Multa nunc acute cernunt homines, quæ antehac
vix quasi per nebulam aspexerunt. Deinde non admodum
opime sunt apud nos Ecclesię, et multis magnisq3 oneribus ob:
noxię. Oportet enim Epm̃ apud nos rempub[cam] administrare,
oportet illi multum esse rei atq3 negocii cum hæreticis et Scis:
maticis à quibus diciones meæ vndequaq3 ambiuntur, et
ad defectionem ab receptis Ecclesię Catholicę ritibus, et piis
Orthodoxorum patrum sanctionibus mirum in modum solli:
citantur. Ista certe sine sumptu fieri non possunt. Jam
quod privatim ad Vilnensem Epm̃ attinet, eam is habet
provinciam, in qua sunt redditus tenues: homines qui eius
Jurisdicionem agnoscant perpauci: plurimi adhuc Scisma:
tici: Non paucissimi qui nichil vlla de religione sciant. Quare
hortamur ac rogamus P[a]tem v[est]ram Ben[edictionem]dam, officium suum
vt faciat: et perficiat diligencia atq3 authoritate sua, ne
quid istic novi, neve quid eiuscemodi adversus cum aliós
subditos meós, tum hos duos Epós, de quibus suprascripsi:
mus instituatur. quod ipsorum observanciam erga Sanctam
Sedem Apostolicam minuat. Jn quo fecerit nobis P[ie]tas

vrã R^x^ma rem pergratam. Cui diuturnam incolumitatem et foelicitatem optamus Vilne xi^a^ Junij 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitulo Plocensi

Retulit nobis R^x^ dns dominus Paulus Epus Vilnen promissum iam sibi esse Pontificio Diplomate de Preposituca Plocensi, quam illi contulimus, nihilqz reliquum esse nisi, vt a Collegio vestro cooptetur recipiaturqz. Qua in re veretur ne sibi negocium facessere velitis et constitucionibus vris atqz Priuilegiis meis fretj, quasi externum hominem reyciatis; Verum nos confidimus ea vos preditos esse prudentia nihil vt eiusmodi facere in animum inducturi sitis. Nam nihil hic est, quamobrem quisqz in eo recipiendo voluntati mee refragari merito debeat, vel possit. Nihil enim in eo inest, quod Constitucionespvrãs et Priuilegium mem labefactatum sit, cum ille externus non sit. Nam Lithuani omnes ex eo tempore quo foedus sempiterne amicitie et societatis cum Polonis inierunt, quasi in vnum corpus coaluisse cum illis existimandi sunt, quamdiu vni Principi id quod semper firmum speramus parent. Neqz vero Lithuani Polonos apud se pro externis habent, sed facile ad quevis Sacerdotia officiaqz et dignitates tam Seculares qz Ecclesiasticas aditum eis patere patiuntur. Aequum est itaqz vt vicissim Lithuani apud Polonos eodem sint numero. Quare postulamus a vobis atqz adeo volumus ne quid ea res vos moueat qp dominus Epus Vilnen Polonus non est, quominus eum in Collegium vrm vrm cooptetis. Etsi enim Polonus non est, tamen externus existimari non debet quando Lithuanus est, quemadmodum superius commemorimus, Videte

ergo ne vos hac in re voluntati nostre atque equitati opponatis Quod feceritis ex officio et observancia vra erga nos. Eritque id nobis gratum Vilne 18 Augusti 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Severino Boner Castellano Zarno:
uiensi Burgrabio Zuppario Crac

Generose fidelis dilecte. Etsi probe memoria tenemus loca in Choro Templi Cathedralis Crac. Tamen opus Armarii in quo sacrosanctum Eucharistie Sacramentum recondi debet, molemque qualis et quanta sit ignoramus itaque nullum certum locum ei operi constituendo sic ut in luce atque conspectu hominum sit isthinc semoti designare possimus: Sed hoc commodius. f. tua cum Procuratoribus Capituli communicato consilio et aliis qui aliquo sunt prediti iudicio in consilium adhibitis faceret constitueretque ita ut non minor habeatur racio ut commode et suo loco, quam ut splendide positum esse videatur. Tametsi meminimus Rendum dominum Tomicium Epm Craconien qui proxime vita functus est, qui id opus faciendum locavit ita nobiscum locutum esse, ut vellet id in minori altari in Choro statuere: tamen eam rem Capituli aliorumque prudentie integram permittimus Vilne. 4. Marcii 1536

Juramentum Sigismundi Augusti Lithuanis prestitum, actum Vilne in celebri et frequenti Procerum et tocius militie magni Ducatus Lithuanie Conuentu: feria tercia in festo Sancti Marci Euangeliste, ante tactum hore tredecime. Anno domini M°. D°. XXXVI°.

Ego Sigismundus Augustus Dei gra Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie: Masonie: Samogithie etc dus et heres: iuro spondeo: et promitto ad hec sancta Dei Euangelia quod omnia Iura libertates: Priuilegia, literas, immunitates: Magni Ducatus mei Lithuanie Ecclesiasticas et Seculares, Ecclesiis Catholice et Grece religionis, Magnoqz Ducatui Lituanie eiusqz Prelatis: Ducibus: Baronibus. Nobilibus: Ciuibus: Incolis et quibuslibet personis, tam Catholicis, qz Grecis, cuiuscumqz status et condicionis existentibus, per Diuos predecessores meos Principes Magnosqz Duces Lithuanie presertim vero per Diuos Wladislaum Proauu: Vitoldum: Sigismundu: Casimieru Auum: Alexandrum Patruum: et Serenissimum Sigismundu parentem meu Magnos Duces Lithuanie iuste et legittime concessas donatas et datas, manutenebo, seruabo, et custodiam in omnibus articulis: conditionibus: atqz punctis: et omnia illicite ab eo de magno Ducatu alienata aut distracta, pro posse meo ad ius et proprietatem eiusdem magni Ducatus aggregabo: terminos etia Magni Ducatus mei non diminua sed pro posse meo defendam et dilatabo cum consilio Senatorum et auxilio omniu ordinum et subditoru meoru in eodem Magno Ducatu Lithuanie, et ea omnia supradicta tenebo et obseruabo secundu consuetudinem antiquam: et quemadmodu a Diuis predecessoribus meis habita: tenta et seruata fuerint: sic me Deus adiuuet et hec sancta Dei Euangelia

Legatio a Sigismundo primo Rege Poloniæ ad Archiepiscopū Rigen: ac ad Magistrū Cruciferorum in LIVONIA

Initio Legatus Regiæ M^tis nomine Dominum Archiepm Rigen et dominum Mgrm Livoniæ comiter salutabit, omnia fausta atq3 prospera precabitur: et benivolentiam Regiam ad gratificandum ipsis semper paratā declarabit. Deinde in hanc sententiam reliquā oracionem contexet.

Posteaq3 accepit Regia M^tas Dominus meus clementissimus D^nes vrās veluti primores atq3 presides harum regionū vnacū reli: quis ordinibus Livoniæ dicionis ad se recepisse disceptacionem ac decisionem controversiæ de Ossilien Epātu inter Revmum et Ill: dominū Vilhelmū Coadiutorem Rigensis Epātus, postulatum et confirmatum Epm Ossilien et Marchionem Brandemburgen Nepotem suum Charissimū: et inter Do: Reinaldū adversariū eius: eosq3 ambos compromissū fecisse, atq3 ei negocio transigen: do diem condictum esse octavū post festum Visitacionis Mariæ: noluit, neq3 decorum et conveniens sibi existimavit committere vt eidem Nepoti suo tam arcta necessitudine sibi devincto defuisse videretur, presertim q̄ ei hactenus affuisset semper, defensionemq3 et patrocinium suum detulisset: Quapropter postulat ac hortatur D^nes vrās vt benevolentes vicinos et amicos suos et Principes harum regionum viros, ad quos signanter reipublicæ suæ commo: dis atq3 tranquillitati prospicere par est, primū vt ne diutius negocium hoc publico Livoniæ incommodo extrahant: deinde vt se domino Coadiutori Nepoti suæ M^tis æquos et benignos Judices prebeant, atq3 id initium Iuris quod se dominus Do's Coadiutor habere affirmat, et fiduciæ de integritate et bene: volencia D. vrārum erga ipsum, quibus is fretus, summā tocius iudicii D. vris permisit. Adhec habeant etiam D. vrē racionem ipsius domini Coadiutoris personæ atq3 dignitatis

et Illris familie Marchionum Brandeburgensium, propter cu:
ius antiquitatem, autoritatem, opes et potenciam, idem dominus
Coadiutor Livonicis ditionibus atqz ordini Theutonico ut
non mediocri commodo et ornamento preter complures Livo:
nie incolas esse pot sic eius studium ac voluntatem iuvandi
non posset fortassis non remittere. Postremo gratificé:
tur etiam D. vrá Mti sue, que pro summa sua erga
Nepotem suum animi propensione hoc magni pene beneficii
loco ducet, ac D.bus vris acceptum feret: summaqz volu:
tate et omni officiorum genere gratiam hanc tum toti Livo:
nie dicioni, tum privatim D. vris referre curabit. Re:
liqua prudencie Legati committuntur.

Joannes Choienski Epus Plocensis
Alberto Duci Prussie

Illris etc. Cum hue litere D. vrá Ill: allate essent
et dominus Nitschicz, ut ante perscripsi legatus ad Livones
profectus abesset, resignavi literas et perlegi Regie Mti
que grato et benigno animo accepit istam D. vrá Illme
Nepotis sui charissimi in describendis rebus novis diligentiam.
Verum quod D. vrá Ill: petit ut opem ferat Ser.mo Electo
Regi Danie id non facile prestare pt. Neqz enim ignorat D.
vrá Ill: qz difficilibus bellis ipsemet Ser.mus Rex mé nempe
cum Valachis et cum Moschis gerendis distineatur. accessit
alia difficultas, q neqz Gedanen fortassis etiam si vellent
eidem Electo Regi suppetias ire poterunt, propterea q Na:
ues et Merces eorum in Inferiori Germania in Caesaris di:
tionibus pignerate tenentur. ut si comperiretur eos á Rege
Danie stare, magnam eos et irrecuperabilem rerum suarum
iacturam facere oporteret, nisi forte interim domum venirent.
Quod si fiat tum demum esset id eis integrum sed prius minime.

De negotiis D. Vae Ill: et de Cruciferis, atq3 Palatino Rheni:
et quid egerit et perfecerit apud Caesaream Mtem dominus
Petrus Opalenski Orator Regius, ex his scriptis que cum his
transmitto D. Va Ill: cognoscet. Quod reliquum est com:
mendo me quam diligentissime D. Vae Ill: Cui diuturnam sanitatem et prosperrimos quosq3 rerum successus opto
Vilne ix Julii Anno domini 1536.

Responsum à Sigismundo primo Rege Polonie
datum Nunctio Ioachimi Marchionis Brandebur:
gen: et vxoris eius Heduigis filie Regie 1536

Capita Legationis Illmi domini Joachimi Marchionis Bran:
deburgen: et Coniugis eius, hec erant.
Mirari D. Marchionem cum vxore sua, q Sermus Joannes
Rex Vngarie Legationem quam promisit, ad se in Mar:
chiam hactenus non miserit.
Deinde mandisse foedus ictum pacemq3 factam esse inter
Sermos Ferdinandum Romanorum: et Joannem Vngarie
Reges, de Regno Vngarie, atq3 ibi vereri, ne quid de hae:
reditariis bonis Sermi Regis Joannis sancitum sit, quod
successionem naturalem Illme domine Heduigis Coniugis
sue, Neptisq3 illius impedire posset, ea de re orare, vt Regia
hec Mtas Sermus Rex Polonie si quas habet eius pacis con:
ditiones, secum communicet.
Deinde orare D. Marchionem, memor esse vellet Sermus Rex
Polonie promissi sui, quod conuentis Matrimonii contineatur,
vt se in consequenda successione bonorum Sermi D. Joannis
Regis Vngarie ope et consilio diligenter adiuuet.
Sub hec vt sibi Regia Mtas Polonie pacta et conuenta prio:
ris Matrimonii sui cum sorore eiusdem Sermi Joannis Regis

habiti descripta mittat. Ac ut Legatos ad eundem Joannem Regem amandet, qui cum eo de hac successione firmanda agat: Et an videatur consultum ipsos quoque suam Legationem una cum Regia mittere.

Postremo orare ut Regia Maiestas huius negotii quam commodissime conficiendi et transigendi curam habeat: utque ipsas consilio suo, quo modo ista ipsa successio ipsis et liberis eorum nascituris perficienda et stabilienda sit impertiat.

Ad haec omnia Regia Maiestas singillatim ita respondere iussit

Primum de Legatione Serenissimi Joannis Regis Ungariae affinis sui, quamobrem ea nondum sit missa ad Illustrissimum dominum Marchionem nihil certi habet Maiestas sua itidem uti aliis de rebus quae nunc in Ungaria geruntur, idque propter magnam loci intercapedinem, qua nunc ab ipsius Maiestate et ab Hungaria disiungitur.

De pace etiam inter Serenissimos Romanorum et Hungariae Reges nondum satis exploratum habet ipsius Maiestas ecquid sit constitutum ac definitum, quando et hii qui sunt in Aula horum Regum negant se quicquam certi nosse. Tantum abest ut condiciones eius pacis habeat cognitas: Tamen diu haec res latere non potest.

Utcumque erit, non veretur ipsius Maiestas, ne quid eiusmodi Serenissimus Rex Joannes in foedere isto sanciendo committat, quod et ipsi non satis honorificum futurum et generi ipsius atque hiis qui sunt sanguine proximi, detrimenti aliquid allaturum sit.

Quod attinet ad pacta et conventa Matrimonii, quemadmodum aliorum omnium quae hiis pactis continentur, sic ut istius promissi sui de adiuvanda ope et consilio successione Illustrissimae filiae suae, Coniugis domini Marchionis in bona Serenissimi Regis Joannis Avunculi, si quid ei humanitus accideret, bene memor est Regia Maiestas Neque segnius id quod promisit praestabit cum usus postulaverit, et quum suae Maiestati aliquid proficisci posse visum fuerit.

Conuenta vero prioris Matrimonii sui cum sorore eiusdem Serenissimi Regis, Regia Maiestas hic non habet. Neque eiusmodi res circumferre secum solet, sed in Thesauro regni sui Poloniae conditas seruat. Illud tamen affirmat certo certius, nihil esse in his conuentis, quod filiae suae charissimae quae eadem Coniunx est domini Marchionis ad adeundam istam haereditatem post Auunculum suum vel adiumento vel impedimento esse posset. Ita enim tunc cum illa pacta sancirentur conscriberenturque, actum est, vt ea res tota quod ad successionem eiusdem Regis attinet, vt aequum erat integra et intacta relinqueretur.

De Legatione mittenda ad eundem Serenissimum Regem Vngariae non iudicat Regia Maiestas consultum fore neque sibi neque Illustri domino Marchioni cum ipsius Coniuge, posset enim ille ex ea Legatione de voluntate affinis et Neptis suae erga se aliquid sinistrae suspicionis concipere. Deinde aegre ferret efflagitari et extorqueri id à se, cuius liberam potestatem penes se quoad viueret esse conueniret. Ita fieri posset, vt qua ratione Dominus Marchio sibi suisque consultum vellet, ea ratione totum negocium inficeret.

Sed ita fert Regiae Maiestatis sententia, vt Serenissimi Regis Ioannis voluntas beneuolentia et officiis, quoad eius fieri potest demerenda ac deuincienda sit, quando is masculam prolem non habet, neminemque genere et sanguine propinquiorem agnoscit, quam Illustrissimam dominam Heduigim Coniugem domini Marchionis et Neptem suam è sorore, atque eam quod sciat spectatae virtutis et probitatis esse, et erga se propensissimum studium eius expertus est vnice charam habet, vt ne ab ea naturalem successionem alienare velit, sed vltro potius prospicere et cauere quo modo ea certa et indubitata futura sit.

Regia quoque Maiestas pro se dabit operam sedulò, ne quo pacto illius voluntatem à filia sua charissima alienet. Cumque oportunum esse existimauerit, non praetermittet cum illius Maiestate de ista ipsa successione diligenter tractare.

Postremo recepit Regia M^tas, si quid esse putabit ad hanc perti:nens, quod Ill^mum do. Marchionem cum Coniuge ipsius velut libe:ros suos charissimos nosse aut instituere retulerit sane quam lu:bentem pro eo ac debet, semper se ipsis significaturam et consilium suum communicaturam. Denique in omnibus rebus quantum in ipsa positum erit, propensissimum ac vere paternum animum suum non verbis tan:tum et pollicitis, verum etiam re ipsa esse declaraturam. Ac nunc a deo rerum omnium parente petit, ut is dominum Marchionem una cum Coniuge ipsius longum sospitet, atque prosperrimis quibusque re:rum successibus semper cumulet, ornet, amplietque, dignaque ipsis prole fecundet.

Legatio à Sigismundo primo Rege Polonie ad Albertum Archiepm Maguntinensem Cardi:nalem: Marchionem Brandemburgen. data Achacio Ceme 19 Julii 1536

Primum omnium Legatus, Regie M^tis nomine, R^mum Do. Cardi:nalem officiose salutabit, et prosperrimos quosque rerum successus diuturnos ac perpetuos ipsius celsitudini optabit: Deinde in hanc sententiam orationem instituet.

Jam inde ab eo tempore quo Regia M^tas Polonie, dominus meus clementissimus collocata in matrimonium Ill^t filia sua natu ma:iore Illmo domino Joachimo Marchioni Brandemburgen. Prin:cipi Electori necessitudinem cum eius Ill^te, et cum domo Bran:demburgen. novam iniuit, imo vero veterem confirmavit: cogita:vit semper M^tas Regia ad P^tem v^ram R^mam Legationem mittere, ut eam innovaret: arctiorem interioremque cum ea sanciret amicitiam, propter novam hanc affinitatem, ut pote cum natu maximo et Antistite eius familie, in quam filiam suam quam unice merito ipsius amat dedisset, verum hactenus quominus id faceret, ar:dua negocia et bellorum cum hostibus Scismaticis gerendorum

cura atque sollicitudo obstitit, nunc tandem cupit eam morari, neque
eam provinciam obire iussit. Initioque ingentes et habet et agit
grās ipsius Mtis Regia Rme Pti vrā de summa eiusdem
Celsitudinis vrā erga filiam suae Mtis propensione, gratia, et
munificentia, qua ipsam P. vrā Rma non semel iam honorifice
prosecuta est. Luculentas enim egit grās eadem Illma domina
Hedwigis Pti vrā Rme apud Serenissimum patrem suum de singu:
lari eiusdem Ptis vrā Rme erga se benevolencia amore et
liberalitate, petiuitque ut quando sibi gratiam referre non lice:
ret, Regia Mtas pro paterna sua indulgentia ne praetermitteret
vicissim facere quecunque Pti vrā Rme grata fore existi:
maret. Id quod ipsius Mtas sedulo se facturam, et grām Celsi:
tudini vrā pro virili sua redditurā esse recepit. Petitque à
Pte vrā Rma etiam atque etiam, ut quemadmodum coepit, ita
deinceps quoque Nepotis sui uxorem summa voluntate et cha:
ritate complecti pergat.

Deinde quoniam accepit ipsius Mtas nonnihil iurgii dissidiique inter
Illmum dominum Joachimum Principem Electorem generum et fi:
lium suum, et Ill: do. Joannem fratrem eius germanum suborti
esse, et à nemine commodius minorique negocio, quam à Pte vrā
Rma, cui illi, propter aetatem atque dignitatem merito sum:
mum honorem habeant, rem inter illos componi posse putat:
ut sunt Illustrissimi Principum et magno consilio et gravitate
preditorum animi plerumque flexibiles et placabiles: Rogat
P. vrām Rmam pro officio suo et coniunctione sua cum
illis, ut eos hortatu, consiliis et authoritate sua adducat, ut
depositis simultatibus in grām redeant, et sicut sunt corpo:
ribus, voluntatibus quoque coniuncti sint. Quod et ipsius et
universae domini Brandeburgen optatum atque honorificum
fuerit.

Praeterea comperit Regia Mtas Ill do. Joachimum Mar:
chionem generi huius sui patrem, cum in vivis esset magnum

es alienum contraxisse, quod liberos ipsius et presertim natu maximum, generum Mtis sue, dissoluere oporteret. Itaq3 postulat, eum Ptas vra Rma velut propinquus et primas generis comiter ac benigne admoneat, vt sic rationes suas componat, vt et paterna debita commode, nulloq3 suo incommodo dissoluat, et ipse noua aere alieno ne se obruat.

Postremo quia Illris domina Hedwigis in eam data est domum, ad easq3 oras, quarum neq3 mores, neq3 linguam callet, et ob id fieri non potest quin magnam habeat molestiam atq3 tedium, cu neminem habeat secum lingue commercio sibi coniunctu. Petit Regia Mtas a Pte vra Rma perficiat apud Nepotem suum, et illius maritu, vt is vxori sue aliquos homines viros atq3 foeminas ipsius gentis et lingue in Comitatu atq3 Contubernio suo habendi faciat potestatem vel tantisper certe dum Germanicam linguam condiscat, et vt eam quo dignum est honore habeat, et summa charitate complectatur, veluti Coniugem sui amantissimam. Deniq3 quecumq3 Ptas vra Rma ad incrementum, decus et ornamentu Nepotis sui, eiusdem domini Joachimi, eiusq3 Coniugis, et eorum qui expectantur liberorum pertinere existimabit, ea vt pro necessitudine qua habet cum illis arctissimam sedulo prouideat et faciat. Idem Regia Mtas magno studio curare non pretermittet

Joannes Choienski Episcopus Plocensis
Alberto DVCI PRVSSIAE

Illme etc. Officiosissimam obsequiorum meorum ad nutum D. vrae Illme paratorum delationem praeffatus. Nolo clam esse D. vram Illmam quod Regia Mtas cognitis his rebus quas dominus Achatius Czema ab Illmo domino Joachimo Marchione Brandeburgen. ex Legatione rediens retulit, designauit eum iterum Legatum ad eundem dominum Marchionem et Rmum dominum Cardinalem Maguntinen. de iis negotiis quorum D. vra Illma cōscia est. Deinde dedit mihi in mandatis, Mtas Regia rogarem D. vram Illmam meo ipsius nomine vt perficiat apud eundem dominum Marchionem fratrem suum patruelem quo is bonam et luculentam et respondentem rationi summe donationis propter Nuptias quam vernaculo Morgengabe vocant Illme Coniugi sue inscriptionem cautionemque faciat quod rogo vt Do. vra Illma diligenter faciat et efficiat quum mea tum Regie Mtis causa. Fuerit id Mti Regie pergratum. Ego vero omni officiorum genere vicissim D. vre Illme inseruire studebo Cui me etiam atque etiam commendo, longum sospitem et prosperis rerum successibus cumulatissimam ornatissimamque esse cupiens Vilne xix Julii. Anno domini 1536

Joannes Choienski Epus Plocensis
Alberto Duci Prussiae

Illris Princeps etc Perscripsit Regie Mti dominus Severinus Boner Castellanus Biecensis, misisse se ad Illmum dominum Joachimum Marchionem Brandeburgen, exemplum cautionis seu quietacionis qualem vellet posteaque illi quinque millia aureorum que sola nondum soluta sunt annumerasset, nempe vt quum ex pactis atque conuentis nihil amplius deberetur, id ea quietacione ipsius Ill: D° obiter testatum faceret. verum recusasse illius Ill: id quod Regie Mti submolestum est, quum non sit causa quamobrem hoc dominus Marchio detrectare debeat, quod cum conuentis non pugnat. Itaque rogo D. vram Illmam, velut eum que rebus omnibus transigendis non solum interfuit sed etiam prefuit, et cui cum domino Marchione arcta est necessitudo, perficiat apud eum persuasione, gracia, et authoritate sua, vt in eo Regie Mti non iniquum postulanti morem gerat. Ne Principes nostri non satis accurate et exacte ab Ill: D. vra, et a nobis tradactum esse suspicentur, fecerit in eo D° vra Ill: Regie Mti magnopere gratum, caueritque ne quid ex ea re offensionis atque simultatis inter ipsius Regiam Mtem et dominum Marchionem suboriatur. Non diffido et Ill: D. vram diligenter ea de re cum domino Marchione acturam esse et eius Ill: Dnem non grauatim obsecundaturam. Quod reliquum est commendo me etiam atque etiam D. vre Illme Quam longum saluam incolumem foelicem esse cupio Vilne XXiiij Julii Anno domini 1536

Joannes Choienski Epus Plocensis
Alberto Duci Prussie

Illme Princeps etc. Bis iam rogavi D. vram Illtem: perficeret apud Illtem dominum Joachimum Marchionem Brandeburgen et Principem Electorem, ne quietacioni à domino Senerino Boner transmisse de quinque millibus aureorum subscribere recusaret, ne quid offensiuncule, quod sane nolimus ea de re, inter illius Illtem Dnem et Regiam Mtem suboriatur, hactenus tamen responsi nihil accepi: vehementer enim scire velim quid sperare, quidue expectare debeam. Itaque iterum atque iterum peto à D. vra Illte vt id sua pariter atque mea qui ipsi adiutores fuimus in conciliando hoc Matrimonio causa, et propter conseruandum foedus amicitie inter dictos Principes, effectum reddat, meque de eo certiorem faciat. Quicquid vicissim Illme Dnis vrae causa facere vnque potero nihil sciens pretermittam. Cui diuturnam salutem et incolumitatem et omnia semper fausta opto. Vilne XXvij Septembris Anno 1536

Cum has obsignarem, allatus ad Regiam Mtem Nunctius Moschicam Legationem iter suum huc ad Regiam Mtem prosequi et intra octo dies affuturam esse Rus.

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Duci Prussie

Illtris Princeps Nepos noster charissime. Etsi confidimus Deum iustissimum iniusta molimina Cruciferorum adversus nos et ditiones et subditos nostros pariter atque Ill: vrā non esse prosperaturum, providebimus tamen et nos quantum in nobis situm erit ne nos atque meos improvisa iacula feriant, et cum conatus eorum quamlibet clandestini nobis non sint incogniti inibimus rationem cum Senatu Regni nostri in futuris Comitiis quomodo vim ipsorum à nobis et à nostris quam minimo nostro incomodo arceamus.

De negotiis vrē Illtis nihil iam apud Caesaream Mtem agi pot propterea quod + Legatus meus opalenizki iam inde revertitur. De componenda inter Sermum Regem Danie et Burgundiones atque Fridericum Palatinum concordia res est ardua, maxime nobis tam procul seiunctis et dubium est, possit ne aliquid effici.

Vide de hoc legato infra folio 84: et sequentibus foliis. Postea : 90. 91.

Quod Ill: vrā Sororis sue eiusdemque filie mee charissime Illt: domini Joachimi Marchionis Brandemburgen Comingis negotia cure sibi fore recipit habemus gratiam, fueritque id nobis tam gratum ut quicquid officii ipsi ab Ill: vrā impensum fuerit, perinde habituri simus ac si nobis ipsis impensum esset.

De Jodoco Lodovico scripsimus ad Sermum Regem Romanorum speramusque Mtem ipsius diligenter daturam esse operam, ut is liberetur quando is ipsius Mtis subditus in eiusdem ditionibus ab eiusdem quoque subditis captus est. Nam saluum quidem conductum latronibus illis absque consilio Senatus nri dare nobis non lubet ne aliis fenestram ad eiusdem modi temeritatem et scelus magna mea contumelia aperiamus. Sed tamen in Comitiis ea de re ad Senatum referemus ac deliberabimus quid simus facturi. Ill: vram longum sospitem et foelicem esse cupimus Vilne xxvij Septembris 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitulo Posnanien.

Venbles fideles dilecti. Jacobus de Oborniki multos iam annos Scri:
ba est Cancellarie nře: cuius nobis fides integritas et industria
spectata est: Is nuper veniens graviter nobis conquestus est
vos obfirmasse animos vt eum nequaquam in Collegium vestrum
recipere velitis, nisi Nobilitatem suam vivis testibus proba:
uerit: questus est hoc idem de vobis lřis suis Rndus dominus
Joannes Latalski Epus Posnanien, quem nunc Cracovien
designavimus, et quidam alii primores Consiliarii regni nři,
miramur tanta vos esse confidentia vt in hoc voluntati nostre
opponere vos velitis, ac neque lřas nřas, quibus eum hominem
vobis pridem diligenter commendavimus, neque ius atque no:
minationem quam ei contulimus aliquid ponderis apud vos
habere sinatis, cum à nobis vniversa immunitatum et Pri:
vilegiorum vřorum conservatio atque defensio dependeat, egre
enim atque adeo nullo modo vos eorum salutem atque robur his
presertim temporibus prestaretis nisi nos ea authoritate nřa
contineremus tueremurque. Miramur etiam vos ita incogitantes
esse vt hominem tam idoneum et qui Collegio vřo atque isti Ec:
clesie commodo et ornamento esse possit quales pauci sunt inter
vos oblatum recipere detrectetis, quem vltro optare et allicere
debebatis: miramur non satisfacere vobis documenta Nobili:
tatis ex vtroque parente que in fratre eius germano producta
à nobis approbata et confirmata sunt: ac ne hoc nescivisse vos
causificari possitis: declaramus vobis probari nobis Nobilita:
tem eius, et vobis atque omnibus nřis penitus certam et explora:
tam esse debere, sic vt ad eam demonstrandam atque confirmanda
nullis amplius testimoniis atque argumentis opus habeat. Itaque
mandamus vobis etiam atque etiam vt ne quid more nectatis quin
eum in Contubernium vřm recipiatis et collegam atque fratrem

vobis faciatis Quod nisi feceritis habemus rationem atq3 via qua eum inuiti recipiatis et nro hoc beneficio frui permittatis oportet, quod non fuerit sine graui animi mei aduersus vos offensione. Cauebitis ergo si sapitis Vilne vltima Januarii Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Georgio Zabka Vicecancellario re:
gni Bohemie.

Reddite sunt nobis et perlecte Stis tue lre quibus animi sui erga nos gratitudinem de concesso à nobis Dipplomate ortus et insigniorum suorum testificatur. Quod nos sane q3 lubentes fecimus, gratulati q habereemus hominem nrm, qui in exteris oris pro suis meritis et virtutibus ad tantas opes et tam subli: me dignitatis fastigium euectus esset, atq3 is maxime apud Serenum Regem Romanorum consanguineum nostrum cha: rissimum aliquo esset loco et numero. Itaq3 non grauatim id muneris prestitimus, plura etiam eid Sti tue eiusq3 propin: quis et necessariis cum oportunum erit prestaturi, que ex dignitate ipsorum fore videbuntur Nunc S. tua bene va: leat Vilne vi. Januarii 1536

Joannes Choienski Epus Premisliensis Georgio Zabka in Kannith vicecancellario Regni Bohemie

Mgce domine amice charissime et honorande. Quum mihi retulisset dominus Nicolaus Nipschicz amicus noster communis desiderium M. vre, maiorem in modum gavisus sum oblatam mihi occasionem, per quam, Mag.tie vre gratificari possem, quam audiebam non sine magno gaudio tantis opibus, tantis honoribus, tanta dignitate, tanta demumque gratia imperatoris optimo istic pollere. itaque omnem navavi operam ut id quod cupiebat Mcia vra primo quoque tempore, quam fieri possit optime et ex utriusque nostrum sententia conficerem. Nunc eam operam Mcie vre probari gaudeo, speroque hoc pignus qualecumque vinculum necessitudinis nostre fore, quam ego deinceps, quum ero nactus occasionem maioribus officiis et obsequiis auctiorem reddere et confirmare pro virili mea non intermittam. Propinquos autem Mcie vre atque necessarios summo favore summaque benevolencia lubens prosequar, et opera, consilio, auxilioque quantum in me situm erit rebus in omnibus adiuvabo. Nichil inde compendii neque cupiens neque sperans, contentus mutua Mcie vre benevolencia quam ego plurimi facio. cupioque ut Deus optimus Maximusque Mciam vram una cum Coniuge ipsius et liberis charissimis diu salvam incolumem et fortunatam servet Vilne. 6a Januarii 1535

Ferdinando Hungarie Regi
Joanni Vngarie Regi eodem exemplo
Sigismundus primus Rex Polonie

Serenissime Rex etc. Magnificus et egregius Dux Simeon Bielski subditus et Consiliarius noster cum et voti complendi et etatis sue exercende gratia Hierosolimam ad visendum Sepulchrum Servatoris mei nostro permissu proficisci constituisset, existimavit se magnum operepretium facturum esse si ad Maiestatis vestre Aulam atque conspectum divertisset et quod novit arctam nobis cum Maiestate vestra intercedere necessitudinem, petivit a nobis ut se Maiestati vestre diligenter commendaremus persuasum habens magni fore momenti apud vestram Maiestatem commendationem nostram: quare postulamus Maiestatem vestram ut is quemadmodum nobis propter perpendentiam fidem et observantiam suam erga nos charus est ita sit et Maiestati vestre causa nostra commendatissimus, atque in omnibus rebus Maiestatem vestram clementem erga se experiatur: habeatque potestatem per Maiestatis vestre ditiones servire ultro citroque transeundi et sicubi opus fuerit immorandi. Faciet in hoc Maiestas vestra rem mutua nostra coniunctione dignam et nobis pergratam. Quod reliquum est cupimus Maiestatem vestram longum sospitem et fortunatum esse cui nos etiam atque etiam commendamus Vilne X Marcii 1536

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Carolo quinto Imperatori Chrianorum

SAcra Cæsarea Mtas. Etsi non sumus nescii supervacaneum nobis laborem sumi in commendandis Cæs: Mti vrã viris ingenio, doctrina et virtute preditis, qm ipsa per se Mtas vrã Cæsarea propensissimo soleat esse animo erga huiusmodi homines, atq3 eos pro meritis suis maximis ornare beneficiis: Tamen quia Joannes Stratius Belga Cæsareæ Mtis vrã subditus petiit à nobis magnopere vt se diligenter Cæsareæ Mti vrã, apud quam se certa negotia habere dictitat commendaremus. Persua: dens sibi magnum pondus apud eam habere solere commenda: tionem meam atq3 idem hoc petierunt Consiliarii quidam mei quibus is vnice charus est, et nos dignum iudicamus, cui hoc merito concedendum esset propter insignes virtutes, quibus or: natus est, et quarum specimen in Regno meo edidit: nimirum doctrinam non vulgarem, linguarum cognitionem, morum sua: nitatem, ingenij dexteritatem rerum gerendarum peritiam magno studio atq3 experientia acquisitam, dicendi facultate non trivialem: et alias eximias dotes quarum gratia nobis est gratus et charus: quibus nunc recensendis supersedemus, Etiã atq3 etiam petimus à Cæs: Mte vrã vt tantum ad solitum suũ erga tales viros favorem in hoc Stratio adijciat vt is intelli: gat se non esse frustratum spe sua, sed magno sibi adiumento fuisse commendationem meam. quanq3 confidimus Cæs: Mtem vrãm vltro et libentissime id facturam esse, simulatq3 eum propius cognoverit, Et certe nobis dignus videtur quem Cæs: Mtas vrã ornet. tum qm Cæsareæ Mtis vrã subditus, tũ qm talis qui et patriæ suæ ornamento et Cæsareæ Mtis vrã voluptati esse possit Fecerit nobis Cæs: Mtas vrã rem gra: tissimam si in hoc declaraverit quanti faciat commendationem meam Cupimus Cæsaream Mtem vrãm diuturna atq3 perpetua

sanitate et secundis rerum successibus perfrui. Vilne Nonis Augusti Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Marie Regine Vngarie et Bohemie

S Erma Princeps Sororia mea charissima. Non dubitamus Mti vrae notum esse Joannem Stratium iuuenem ingenii dexterita: te: morum ciuilitate, eruditione, candore et aliis id genus vir: tutibus homine ingenuo dignis preditum, subditum Mtis vrae. Sed quoniam is Consiliariis meis quibus vnice charus est atq3 adeo nobis propter virtutes suas dignus videtur, quem ma: gni Principes fauore suo prosequantur: adhec sperat se com: mendatione mea magnopere adiutum iri. Petimus a Mte vra vt tantum fauoris et gratie eiusdem Mtis vrae erga ipsum ex commendatione mea accedat: vt is liquido possit perspicere non tam virtutes suas quanq3 preclaras: et quibus magna debentur. sibi apud Mtem vram profuisse q3 commendatione nram Que tamen nullum pondus habere debet nisi homo est qui merito Mti vrae amplissimis sit ornandus atq3 cumulandus beneficiis Nos si quando se offeret oportuna occasio vicissim libenter Mti vrae gratifficabimur Quam foelicissime simul et diutissime valere cupimus Vilne Nonis Augusti 1534

Joannes Choienski Epus Plocensis
Ioanni Episcopo Lincopensi

R^me etc. Quod mihi D^o. vrā R^ma fortunarum accessionem gratulatur, magnam habeo grām, me vero istius tam diuturni et acerbi exilii D^nis vrē R^me et Collegarum ipsius miseret maiorem in modum: cupioqz vehementer vt Deus opti. Max. et oues Sueticas suis orbas pastoribus, et pastores ipsos tam miserabiliter exercitos et afflictos, benigne respiciat, vt horum quidem calamitatem exiliumqz tandem releuet atqz finiat, illis vero mentem det meliorem, quo pastores suos reuocare et velint et possint, tamen vtcumqz res cadunt, non dubito P^tes vrās R^mas aduersos istos casus, quibus à Deo perinde atqz aurum igni probantur purganturqz, magno et excelso animo ferre, vti tantis viris dignum est. Ego vero qua ratione P. vrās R^mas subleuare possim in presens non video Nam à Regia M^te non expeditum est nunc quicqz conficere propterea qp magnis curis et negotiis atqz bellis etiam cum Valachis ac Moschis gerendis distinetur quē sine maximis sumptibus geri non possunt.

R^mo domino Scaren. fidei data, lrās Regias pridem confeci atqz istuc transmisi, speroqz iam esse redditas, de aliis verò à Ser^mo Rege impetrandis conficiendis non video qzobrem D^nes vrē R^me laborent quando spes est et patrem longum adhuc fore saluum et superstitem: et filium, si quid patri humanitus acciderit paternis vestigiis ingredientem omnia illius acta rata et firma habiturum esse. Deinde non consueuit is etiādum vllas lrās atqz Diplomata consignare viuo patre.

De instauranda religione ferunt quidem summo Pontifici cuius maxime refert, curē esse, cupereqz eum primo qz^o tempore Concilium cogere sine quo tot ista dissidia in religione Christiana enata ac suppullulantia componi tolliqz nequaqz possunt

sed vereor, ut possit quoad primores isti orbis Christiani Princi:
pes. Caesar cum Rege Gallorum tam atroci ac detestabili bello
inter se dissident. Nostrumque est precari Deum qui ventis et mari
imperat, ne fluctuantem Ecclesiae suae Naviculam procellis
atque tempestatibus istis immanissimis vexari, quati, atque
enecti patiatur, sed subito sedatis fluctibus, optatam tran:
quillitatem reducat. Opto D. vestra Reverendissime una cum Col:
legis et sociis suis diuturnam salutem et fortunam prospe:
riorem. Quibus me diligenter commendo. Vilnae pridie
Calend Julii Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Poloniae
Stanislao Odrowasch Palatino Podoliae

MAgnifice etc. Petinuerunt à nobis complures Consiliarii mei, interpone:
remus iterum authoritatem et postulationem meam apud S. tuam
pro generoso Raphaele Piliecz ki, ut ei S. tua relaxaret ac re:
mitteret ius lucratum seu perlucra quae adversus eum in iudiciis
obtinuit: nisi enim id perfecerimus res eius ad extremum redactas
iri. Quare postulamus S. tuam ut in eo rationem habeat primum
splendoris atque antiquitatis familiae ipsius de nobis ac de regno
meo bene meritae, deinde necessitudinis atque propinquitatis qua
is cum S. tua coniunctus est quae illi deploratis rebus presidio
esse debet, postremo mei qui id fieri cupimus et postulamus et
coram Cracoviae postulavimus. Faciet S. tua in hoc rem sua
facilitate et propinquitate cum illo mutua dignam et nobis
gratam. Vilnae iij Februarii 1536

Joannes Choienski Epus Plocensis,
Hieronimo Laski Palatino Siradien.

Mgcé domine amice charissime et honoranme. Tentatus est aliquá:
tisper aduersa valetudine dominus Branicki Epus Camenecen quum M.
vrá literé huc allaté sunt. Itaqz ego acceptis lris et exemplo
istius Diplomatis quod Mtá vrá huc transmisit et retuli et
perlegi Principibus nostris, verum ii commoti iniquiori tulerunt
animo factum Mté vré et vim subditis suis allatam, sibi
vero factam contumeliam Id quod Mtá vrá prolixius è Re:
giis literis cognoscet. Equidem conatus sum pro amicitia meá
mutua offensos illorum animos mitigare, sed altius hoc vulnus
insedit qz' vt à me curanº eo in presens promoueri aliquid posset
Itaqz rogo. M. vram ne quibus accepta multa ferre debet, quiqz
et prodesse deinceps possunt ~~vt qui~~ plurimum et obesse, eos irritare
velit. Ego quicquid hic Mté vré prestare potero, quatenus
per graciam Principum nostrorum licebit nihil intermittam
quo Mté vré gratificer et amici offitium faciam Quam
longum bene valere et foelicem esse cupio Vilne prima
Julii Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Hieronimo Laski Palatino Siradien(si)

Vehementer miramur: unde nam S. tua obsoleta ista et cariosa
Diplomata atque monumenta literarum eruerit, per que sub:
ditis meis Scepusiensibus, possessiones ipsorum, quas a maio:
ribus suis, patrum ac avorum memoria quasi per manus
traditas plus minus Centum annis in hoc usque tempus pacate
quieteque possiderunt: nullo neque iure, neque iudicii disceptacione
sed vi militum adimere. Atque id eo magis miramur, quod quum
ea bona, que nunc isthic S. tua habet: ante S. tuam Magnificus olim
Stephanus Palatinus Transsilvanie: ac deinde filius eius Sere:
nissimus Rex Joannes habuerint, per tot tamen annorum emensa
spacia nunquam eis istius rei venit in mentem ut vel vi istud quod
nunc S. tua pro suo iure vendicat asserere: vel certe mitiore
ac civiliore aliqua racione a nobis repetere in animum induce:
rent, et certe non defuit eis neque ingenium neque sagacitas:
opibus et potencia multos non solum equabant: verum etiam
anteibant. neque vero moris et consuetudinum eius regni cuius
non postrema pars erant fuerunt ignari, ut eam racionem
asserendi iuris sui quam nunc S. tua iniuit iure non posset
neque ullo subiectionis, aut accepti beneficii, aut aliquanto etiam
tempore necessitudinis nomine nobis obnoxii ut suum Jus per:
sequerentur. Sed videbant procul dubio nihil se isthic in his bonis
que nos a maioribus meis supra hominum memoriam tenuis:
semus, iuris habere ac ne ambiguum quidem quicquam esse posse
Neque enim verisimile est negligentes eos fuisse rerum suarum
Nunc vero Stas tua scilicet vindex illorum negligencie exorta
est que quum non tantum nobis pareat, sed et non postrema Con:
silii mei parte sit et in sua familia domoque etiam plurima
et maxima, cernat liberalitatis et beneficencie nostre ar:
gumenta, immani quodam fastu atque contemptu mei subditos

meos atq adeo nos ipsos ex tam firmata tempore et usu possessione vi atq armis extrudet. At enim non sumus tam contemptibiles tamq abiecti animi, ut hanc tam insignem iniuriam atq contumeliam, ab externis etiam et multo potentioribus nedum à S. tua ferre velimus ita non vim vi, quoad possimus refellamus et subditos atq bona mea tuemur. Quod si fiet cogitet Stas tua, quid inde lucri re: portatura sit.

Quare hortamur S. tuam etsi equum est postulamus, ut ab ista vi sua desinat et quę mei homines iure et longo usu hactenus ne: mine prohibente possederunt intacta relinquat. Nec est quod Stas tua existimet ac dicat, nos iuris disceptacionem vel ar: bitrorum iudicium de ista controversia detrectare. Non detrecta: mus sed non intelligamus quonam modo tanta hec res tran: sigi possit, propterea quod incertum est, unde isthinc iudices seu Commissarii delegari, et quis finem rei imponere debeat, re: gno Ungarie in duas ne dicamus plures factiones scisso atq concepto. Sed ~~quemam~~ quum nobis Stas tua declaraverit, qui sint istinc futuri iudices sive arbitri, cuiusq nomine, ut quod conventum et iudicatum erit ratum atq firmum esse possit, tum demum nos quoq pro parte mea designabimus, qui cum alteris illis causam hanc disceptent atq decidant. Interim autem volumus subditis meis bona sua salua esse. Quod faciet Stas tua si non immemor beneficiorum acceptorum et debite sue observancie erga nos esse volet. Que bene va: leat. Vilne prima Julii Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie,
Hieronimo Laski Palatino Siradien

Mgce sincere nobis dilecte. Quum accepissemus S. tuam e Kesmark subditos meos Scepusien ipsorum possessionibus legitimis et longo vsu confirmatis vi temereque detrusisse, permoleste eam re tulimus ferimusque adeo, quod quum ea bona, que nunc S. tua habet, potentes viri, neque negligentes rerum suarum habuissent, nemo vnque eorum iniuriam sibi a meis hominibus fieri ac iniuste suarum possessionum partem a se abalienari questus nedum ius suum vi et armis Vngarico scilicet more persecutus est, quemadmodum iam ante ad S. tuam scripsimus. Et quod S. tua scribit durum sibi esse atque intolerabile sui aliquid ammittere, idem hoc de nobis sibi persuadere potest, neque enim lubet, neque satis honestum est nobis quicque eorum que a maioribus meis accepimus, queque ipsi in hoc vsque tempus pacate possedimus temere nobis adimi a quoquam permittere. Sed si prouocemur ab aliquo vim vi potius refutare pro virili mea conabimur. Itaque quemadmodum prius S. tuam hortati sumus, ita nunc quoque iterum atque iterum hortamur, aliam vt sedatiorem iuris sui, si quod modo habet persequendi rationem ineat. Et arbitros quidem seu Commissarios cognoscende disceptande atque determinande istius controuersie delegare nos parati sumus quum nobis S. tua indicauerit, qui, cuiusque nomine futuri sint alteri arbitri, qui sic inter se rem componant vt in posterum tam subditis meis quam S. tue atque eius possessionibus satis cautum sit. Nam quod negat S. tua opus esse ad eam rem vllis Commissariis, non videmus quanam alia ratione res componi possit. Fit enim fere, vt si quid controuersi inter aliquos incidat, accersendi sint quorum arbitrio iudicioque negocium componatur. Nos bona Scepusien que possidemus meo iure possidemus neque passuri sumus ea legibus atque iure Vngarico teneri Si quid cum quoque Vngarice ditionis istorum ipsorum bonorum

nomine controuersie inciderit, sic disceptabimus, vt inter eos, qui non vnis tenentur legibus, disceptari solet. S. tua quod ipsi vtile rectumqz videbitur, faciat, modo nequid mei, prius qz vel iure vel arbitrio decisum erit, moueat, ne dum facit quod vult, patiatur quod non vult. Que bene valeat Vilne xvij Julii Anno domini 1536.

Joannes Choienski Epus Plocensis
Hieronimo Laski Palatino Siradien

Mgce domine domine et amice charissime et honorand. Admixus sum quoad potui maxime vt animum regium à Mtia vra ir: ritatum et commotum mitigarem, sed nihil tamen promoui. Perscriptum est enim Regie Mti Mciam vram magna vi in possessiones Belensium subditorum sue Mtis impetum fe: cisse, easqz per tot annos ab illis parate possessas prorsus ade: misse ac sibi vsurpasse, quo fit vt ipsius Mtas iustam esse offen: sionem atqz indignationem suam de tanta contumelia putet. Quod si me Mia vra audiat, non prouocabit Principem suum qui Mci vre atqz eius necessariis permultum prodesse potest. Ego quantum in me erit non desinam iram lenire. Recte autem fecerit Mia vra, mea quidem sententia, si perfecerit vt arbitri vtrimqz designati controuersiam istam arbitren: tur id quod R. Mtas non recusat, quod ex ipsius lris M. vra abunde cognoscet. Cui me diligenter commendo, longum saluam et fortunatam esse cupiens. Vilne xvi July 1536.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Comiti in Tarnow Castellano
Craconiensi

Mgce sincere nobis dilecte. Pergratum nobis est studium istud atq3 diligentia S. tue in eo q. S. tua que mea regniq3 mei referre pu: tat, sedulo prospiciat et quid facto sit opus premonet. —

De firmandis supplemento copiis Podoliensibus magnopere nobis probatur consilium S. tue. Quocirca dedimus negotium Mgco The: saurario regni, qui nuper etiam illas ipsas copias in Podoliam iussu nostro conscripsit, vt quemadmodum et hoc et reliqua omnia con: silio S. tue facere à nobis iussus esset, sic in isto quoq3 supplemeto conscribendo et mittendo, cum S. tua consilium caperet, cognitis rationibus exactionum publicarum, quantum ex his confici quantumq3 militum conscribi possit, cuius vtriusq3 rei ratio nobis comperta non est. Postulamus autem à S. tua vt in eo no: bis atq3 reipublice operam nauet, et quemadmodu hactenus fecit sedulo, consilio pariter et auxilio regni mei vsibus tran: quillitatiq3 tuende vt non defuerit, ita deinceps quoq3 eodé studio faciat quoad commodè poterit omnia que è republca fore existimabit, et generoso Joanni Cola cui nunc cura et Praefectura exercitus incumbit, quid fieri oporteat praescribat Cui nos quoq3 in mandatis dedimus, vt de maximis quibusq3 re: bus ad S. tuam referat, ipsiusq3 consilio omnia faciat dum nos absumus, qui tanto locorum internallo disiuncti non facile quid fiat quidue facto opus sit dispicere et praescribere possimus Commodabit ergo nobis S. tua vt singulari suo in rempublica amore, et obseruantia erga nos dignum est. id quod nobis vehe: menter gratum erit. S. tua bene Valeat Vilne xiij Au: gusti Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Consulibus Cracouienſibus

F Amati fideles dilecti. Queſti ſunt nobis preſides Academie Crac:
magna ſe à vobis moleſtia, multiſq[ue] iniuriis et contumeliis imme:
rentes affici, edifficiaq[ue] ſua quedam à vobis vi deiecta, in quo
precipitem v[est]ram audaciam demiramur, neq[ue] equo ferimus
animo, tanto vos odio ferri in homines, primum quietos, et
minime turbulentos, deinde in eos qui à v[est]ra iuriſdicione exé:
pti, ſuos Magiſtratus ad quos referri à vobis ſi qua re offé:
deremini oportebat habent, et qui n[ost]ro preſidio patrocinioq[ue] tuti
atq[ue] muniti eſſe debent, quominus cuiuſq[ue] iniuriis obnoxii ſit.
Poſtremo in eos quos ſumma beneuolentia complecti, omniq[ue]
ſtudio colere atq[ue] tueri debebatis, propterea quod illis, hoc
eſt Academie iſti magna ex parte accepta feratis oportet
incrementa vrbis v[est]re, commoda Ciuium v[est]rorum nomenq[ue]
adeó et celebritatem qua vrbs iſta procul apud exteras gentes
celebratur, fit certè à vobis dum eos homines oppugnatis longè
diuerſum ac plereq[ue] omnes Ciuitates atq[ue] adeò tote nationes
faciunt, que magno conatu vt apud ſe literarum ſtudia et
ſtudioſorum conciliabula excitent, itaq[ue] ſtudioſis omnibus
magnum honorem habent, nec ſolum colunt eos ac defendunt,
verumetiam opibus et poſſeſſionibus certatim cum publice
tum priuatim locupletant. Sic homines cordati et qui ſalis
aliquid habent in pectore faciunt. Sic item à vobis fieri
oportuit, ſi cum animis v[est]ris reputaretis quantum et como:
dorum et ornamenti Vrbi v[est]re, nobis, et vniuerſo re:
gno n[ost]ro reſpublica literaria afferat. Quocirca man:
damus vobis etiam atq[ue] etiam, primum vt que demoliti eſtis
eorum edificia, prorſus primo quoq[ue] tempore diligenter inſtau:
retis, damniq[ue] ſi quid eis dediſtis omne id ad vnguem ſarciatis,
deinde nequid eis negocii deinceps faceſſatis. Sed ſi quid erit

exit ab illis factum, unde damni aut incommodi aliquid ad vos aut ad Urbem istam perventurum esse arbitremini, iure cum eis ea de re apud eos qui iurisdictionem in eos habent, agetis, quorum si quid facere nolueritis, patronos nos ac defensores esse, et vindices fore scitote, non passuros impune vexari eos à vobis desperetque habere. Vilne XXIX Julii Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Luce de Gorca Palatino et Andree
Castellano Posnaniensi

Mgci syncere nobis dilecti. Questi sunt nobis Cives Posnanien per Legatos suos, vehementer se premi, et ad extremam egestate adigi Judeorum contubernio atque multitudine, qui in hoc maxime semper incumbant, mille artibus et circumscriptionibus ut ex Christianorum incommodis sua comparent commoda. Itaque maiorem in modum contenderunt à nobis, ut eos à se seiungeremus. contra Judei flagitarunt, ut sibi immunitates et Privilegia sua que à maioribus nostris habent, salva atque firma esse iuberemus. Quanquam autem longe sumus, uti merito esse debemus, propensiores in Christianos, ut eorum rationibus quàm optime prospectum esse velimus, tamen haud putamus id nobis cum iniuria cuiusque et abrogatione Privilegiorum, nisi ex Senatus consulto esse faciendum Quem quum hic ad manum non habeamus, nolumus quicque constituere presertim quod nos multarum rerum ratio, in quam intueri oportet latet. Quare S. vris iniungimus, ineant rationem quod commode istic facere possint, quo Civibus consultum sit. Judeosque authoritate sua adducant, aliquid ut Christianis concedant, et locum aliquem appositum extra Urbis menia in quo tuti degere possint, ipsis ad aedificandum et habitandum assignent

At si id non satis commode fieri potest in Urbe certum aliquem locũ seorsum à Christianis, in quo soli habitent, ipsis attribuant, neq3 omnino eos ante huius negotii decisionem aedificare permittant. In quo facient S. V. rẽ officium suum, et nobis gratum Si ‖ Quodsi opus erit amplius, ea dere in proximis Comitiis cum S. V. ris consultabimus Quae bene valeant Vilne 13ª Junii Anno domini 1536

Joannes Choienski Episcopus Plocensis
Consulibus Posnaniensibus

Famati domini amici charissimi. Quum animadverterem quanta scelera Judei designent ubiq3 gentium, et quomodo rationes Christianorum inter quos habitent, impediant et interuertant, elaboravi quoad eius fieri potuit, apud Regiam Mtem, à vobis ut segregarentur quum prius promiscue habitassent, et effeceram quidẽ ut ea res Mgcis dominis Palatino et Castellano Posnanien transigenda demandaretur. Redierunt mox Judei negantes extra urbis moenia tuto se habitare posse id quod aliunde etiam comperimus. In Urbe autem vos renuisse ut aliquid loci ad aedificandum sibi segregaretur quumq3 importunis precibus instarent et urgerent quesivi ego tamen moram ei rei quoad potui Nuncii vri expectatione, sed quum is tardius veniret, decrevit tandem Regia Mtas id quod ex lris ipsius cognoscetis, quo factum est, ut quum veredarius vester venisset nihil ego pro vobis efficere potuerim Bene valete. Vilne XXIX Julii Anno domini 1536

Joannes Choienski Epus Plocensis
Valentino Concionatori Posnanien' apud
Sanctam Mariam Magdalenam

Venerabilis frater charissime. Permultum tempus est, q mihi D.° tua propius etiam q3 de facie nota est, nimirum meminimi me iuuenem in Academia Crac. discipulum esse et auditorem D. tuae: deinde multis post annis audiui D. tuam Posnaniae concionantem: sed hoc prope nihil est, prae ea noticia quam virtus et probitas D. tuae fama duce effecit. Itaq3 lubens D. tuae gratificer et bene faxim, si qua in re commode possim, Interim autem opto d. tuae vt omnia semper prospera eueniat vsq3 longum sospes quam isthic gerit Ecclesiastae prouintiam, bene ac e dignitate Christiani nominis gerat ornetq3, itaq3 vineam domini excolat, vt in ea cumulatissimos fructus faciat

Quod ad Judeos attinet, probe noui illos maiora etiam et atroci: ora q3 quae D. tua descripsit scelera, tum vbiq3 gentium, tum maxime isthic designare, et Christianis, cum quibus habitant vehementer incommodare. Itaq3 omni studio connixus sum vt Ciues Posnanien' aduersus eos, vt ea vrbe excluderentur adiuua: rem. Verum enim vero Rex noster vt est iusti et aequi obser: uantissimus non solum erga Christianos, sed etiam erga quosuis Ethnicos, iniquum et indecens sibi fore existimauit, si Judeorum Priuilegia, quae a maioribus ipsius auitis habent labefactaret. qua enim religione de seruandis et ratis habendis subditorum suorum Priuilegiis se obstrinxit, quum primum regno inaugu: raretur, ea se alligari non solum in Christianis sed in Judeis etiam atq3 Ethnicis existimat. Hinc factum est, vt Judeos Vrbe Posnanien' ejcere nollet, praesertim q extra Vrbis hu: ius moenia nullus esset locus, vbi illi cum familiis et facultati: bus tuto esse possent. In Vrbe vero quo minus certo aliquo loco a Christianis segregarentur, Consulum Posnanien' qui

id recusaverint culpa factum est. Cupiam equidem universos Judeos è Polonia expelli, nec Regię M.tis animus ab ea sententia prorsus abhorret, si publico id omnium ordinum consensu fiat. Commendo me D. tuę precationibus, quę bene valeat Vilnę xxix.a Julij Anno domini 1536

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo tercio Pontifici Maximo.

Beatissime etc. Quum hunc Mag.cum Petrum de Opalenicza Baronem et consiliarium regni mei: Castellanum Gnesn. et Ser.mi filii mei Sigismundi iunioris magistrum Curie ad Catholicam Cesaream M.tem de com̃ibus quibusdam meis et Ser.me coniugis mee negotiis allegarem dedi ei in mandatis vt ad S. vrám diuertat inuisurus eam nrõ nomine et beatos pedes exosculaturus. Peto itaqz a S. vra vt eum benigne audiat verbisqz eius fidem habeat atqz eum ita vt cupio dimittat. Quod ego S.ti vre suma obseruantia et omni offitiorum genere cum dignitate mereri studebo: cui diuturnam valetudinem, et prosperos quosqz rerum successus opto. Vilne xx v Januarii M° D xxx vi°.

Bona Regina Polonie
Paulo PAPAE Tercio



Beatiss.me pater. Deditissimam subieccioné et obsequia mea cum osculo beatorum pedum S. vre imprimis offero. Ser.s Princeps et dominus dnus Sigismundus senior rex Polonie etc. coniunx meus char.s et vnice obseruandus allegauit Mag.cum Petrum de Opalenicza etc. ad Catholicam Cesaream M.tem de magnis suis pariter atqz meis negotiis cui quum daret mandata quedam ad S. vram. Ego quoqz nolui pretermittere quin ei negotium darem vt S. vre pedes beatos meo nomine oscularetur simul vt quibusdam de rebus ageret. Precor ergo vt ei S. vra facilem se ad audiendum

et credendum, demiq3 ad benigne ab se dimittendu prebeat
Quod ego de S.te vrá debita subiectione promereri studebo.
Vilne XX iij Januarii M D XXX VI.

Legatio à Sigismundo primo Rege Polonie ad Paulum tercium Pontificem Maximum: Petro Opalienicżki Castellano Quesneii ad Coesarem misso. data. 26. Ianuarii 1536.

B. eatss.me pater. Ser.s princeps do.s Sigismundus Rex Polonie vti obseruan.mus filius precatur Sanc.ti vre diuturnam ac perpetuam valetudinem et incolumitatem, et eam fælicitatem qua Sanc.tas vrá remp.cam Chrianam. maxime quod ad intestinas factiones tumultuantiu inter se dogmatu que magnam orbis Chriani partem occupant et affligunt, pacare, et dignitati sue pristine restitutam amplissima et floren.mam prestare possit.

Beatss.me pater. Quod Regia m.tas do.s meus clemen.s a maioribus suis inclitis regibus Polonie quasi hereditariu habet vt omnibus qui ad hanc sacrosancta sedem Aplicam que caput est religionis nostre, euecti fuerint, post inaugurationem citra mora per insignes Oratores suos gratuletur, et filio dignam obedientia profiteatur: id nunc quo minus fecerit. non obliuione vlla. neq3 offitii negligentia factu est: sed q ipsius Regia m.tas et procul a regno suo aberat ad vltimas oras Lituanie profecta: et bello cum hostibus suis Ethnicis et scismaticis gerendo vehementer erat atq3 est etiam num (sic enim eam reliqui) impedita. Nichilo tn minus ea fuit semper constanti voluntate et obseruantia erga hanc sacrosanctam sedem et Sanc.tem

vrám vt nemini eorum etiam qui id offitii quod dixi non pretermisissent cederet. Nunc autem dedit michi in mandatis vt ad oscula pedum Sanc.tis vré adirem atq3 eam suo nomine inuiserem. Gaudet ergo Regia M.tas maiorem in modum atq3 huic sacro sancte sedi atq3 vniuerse reip.ce Chriane gratulatur, cui talis pastor atq3 preses diuina benignitate datus est. qui summa et morum integritate et prudentia preditus, affectis sacro sancte Ecclesie Catholice membris, mederi, et Christiano orbi pacem atq3 tranquillitatem, extirpatis errorū ac seditionū seminariis quantum ex ipso est possit restituere.

Deinde illud pro offitio suo non cómittendum sibi esse putat Rea. M.tas, quin eum dolorem quem ingentem habet ex magna factionū et seditionū perniciosaq3 varietate: que non paucas Chriani orbis nationes vehementer exercet, vexat, et conquassat. quin eum inquam dolorem Sanc.ti vré testatum faciat: eamq3 quo ad maxime potest adhortetur: obtesteturq3 vt aliquando tandem Sanc.tas vrá ei rei manum admoueat, ac sedatis que obstare possent principum Christianorū inter ipsos dissidiis, vniuersale concilium cogat: in quo magno omniū ordinū consensu. publica auc.te et sapient.mor. virorū iuditio factiosa et erronea dogmata, que sola tantorū malorū causa sunt, damnentur tollanturq3: pie orthodoxorū patrum sanctiones confirmentur: postremo optata tranquillitas cum priuatim labefactatis hominū animis tum publice vniuerse Ecclesie restituatur.
Id quidem tanto impensius Sanc.tem vrám regia M.tas Polonie hortatur atq3 orat. quanto plura et indigniora in vicinia sua circumquaq3 intuetur q̃ fortasse Sanc.tas vrá tam procul semota cognoscat aut credat. Et quod magnopere veretur: ne hac tam diuturna conniuentia, reliquū id

quod adhuc sincerum est corumpatur. Quod et si M.tas in suis ditionibus ne fiat pro virili cauet, tn animaduertit quasdam oras periculo sic affines esse vt vereatur vt satis refrenare posset improboru audaciam. Quid eni aliud vulgus hominu cogitare potest nisi rectum id esse ac diuinitus fieri: quando hi quoru interest: et qui Dei sunt vicarii non aduersant.

Quod ne Sanc.tas vra committat regia eius m.tas vehementer hortatur. Parabit ea re sibi Sanc.tas vra apud Deu premium nunquam intermoriturū apud homines vero sumam graciam et immortalem gloria. Ipsa quoqz Regia m.tas ad eam rem quantum in ea situm est studiu et opera suam defert.

Postremo se et ditiones suas Sanc.ti vre etiam atqz etiam comendat.

Legatio à Bona Regina Polonie ad Paulum Tercium Papam. 1536. 26a Januarii

Beat.me pater. Ser.ma princeps et domina domina Bona Regina Polonie domina mea clemen.ma eadem, que coniunx ipsius char.s S.ti vre optat, et quicquid preterea vre S. sibi ipsa euenire cupit ipsa q3 precatur.

Qum michi regia M.tas do.s meus clemen.s ad S.tem vram mandata daret non committendu sibi putauit Ser.ma dna mea coniunx ipsius char.ma quin pro innata obseruantia sua erga hanc sacrosanctam sedem Apostolica et quod Italici generis est daret mihi negotiu vt suis quoqz verbis Sanc.tem vram inuiserem et beatos pedes exoscularer. Gaudet

enim ea Sanc.tem vrãm ad hoc summu fastigiu honoris atqз dignitatis in sacrosancta religione nr̃a euectam esse. propterea q cum permulta audierit de singulari integritate vitẽ atqз sapientia S. vrẽ sperat fore vt eius auspitiis authoritate et consilio pernitiosa ista dissidia in religione Chr̃iana componantur consopianturqз et optata diu votis omniu tranquillitas et concordia tandem restituatur.

Sigismundus primus Rex Polonię
Ferdinando Romanorum Hungarię
et Bohemię Regi

S. Cl.me &c. Allegauimus ad Cesaream et vrãm M.tem hunc Mag.cu Petrum de Opalenicza Baronem et Consiliariu regni nr̃i. Castellanu Gnesnen et Ser.mi filii nr̃i Regis Sigismundi iunioris magistru Curię de cõibus quibusdam nostris et Ser.me coniugis nostrę negotiis. Petimus ergo pro amicitia nr̃a mutua vt eum vrã M.tas benigne audiat ac fide dictis eius habita cum tali quale expectamus responso ab se dimittat. In quo fecerit nobis M.tas vrã rem vehementer gratam quam vicissim mutuis offitiis opportuno tempore referre non pretermittemus. Nunc vero M.tem vrãm longum sospitem et fortunatissimã esse cupimus. Vilnę xxvi Januarii. M D xxx vi°.

Bona Regina Polonie Ferdinando Romanorum Hungarie et Bohemie Regi

Ser.me Princeps etc. Quum Regia M.tas dominus et coniunx meus clemen.s et plurimum obseruandus ad Cesaream simul et vram M.tem de suis quibusdam pariter ac meis negotiis Oratorem mitteret Magcum Petrum de Opalenicza etc non putaui mihi committendum esse vt non ego quoque priuatim per illum M.tem vram inuiserem et de quibusdam ad eam referrem. Itaque rogo vt ei M.tas vra fidem habeat ac tale det responsum quale et ego cupio et pro necessitudine nra expecto: quam graciam M.ti vre debita obseruantia et quibus potero offitiis referre non posthabebo Quam diutissime saluam et incolumem esse cupio. Vilne XXVI Januarii M° D XXXVI°.

Sigismundus primus Rex Polonie Carolo quinto COESARI

Ser.me et excellen.me princeps et domine amice et consanguinee nr char.me et plurimum obseruande. Quum accepissemus Ces: M.tem vram re bene in Affrica gesta aduersus suos pariter et Christiani nominis hostes incolumem et insigni triumpho claram reuertisse. quamuis et procul semoti in vltimas Lithuanie oras recessissemus. et bello aduersus Moschos hostes nros gerendo essemus maiorem in modum occupati. tamen quod impendio gaudebamus de prospero M.tis vre rerum successu. non pretermittendum

nobis esse existimauimus quin ei per hunc Orém nostrum Mag.cu Petrum de Opalenicza etc pro necessitudine nrá arctissima gratularemur, cui etiam alia quedam mandata dedimus ad Ces: M.tem vrám de coibus quibusdam nris et vxoris nrę amant.me negotiis. Itaqz petimus a Ces: M.te vra vt ei credat et cum responso cuiusmodi nos cupimus et pro coniunctissima nra amicitia expectamus ad nos cito remittat: id quod partim debita obseruantia partim omni offitioru genere de M.te vra promereri semper curabimus. cui diuturnam valetudinem et incolumitatem et omnia semper fausta ~~expectamus~~ optamus. Vilnę XXV Januarii M D XXX VI.

Bona Regina Polonię
Carolo quinto COESARI

SEr.me et inuicte Princeps et domine domine amice et affinis char.me et maiorem in modum obseruande: Operepretiu et ex necessitudine nra mutua facturam me esse existimaui si Mag.co Petro de Opalenicza etc quem Ser.s Princeps dominus Sigismundus Rex Polonię etc de quibusdam suis pariter atqz meis negotiis ad Ces: M.tem vrám allegauit, vt meo quoqz nomine Ces: M.tem vrám inuiseret, eiqz prosperos rerum successus gratularetur, et quędam alia ad M.tem vrám deferenda priuatim in mandatis darem. Quare peto a Ces: M.te vra vt eum benigne audiat et cum optato rnso dimittat. Quod ego de Ces: M.te vra quoad eum dignitate potero mereri non intermittam. quam longu saluam et omnibus secundę fortunę muneribus ornatissima esse cupio. Vilnę XXV Januarij M. D. XXX VI.

87

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniæ ad Ferdinandum Romanorú Hungariæ et Bohemiæ Regem. data Petro Opalieniczki Castellano Gnesnensi Oratori .26. Ianuarii 1536.

Ser.me princeps. Ser.s Princeps et d. d. Sigismundus senior etc dominus meus clemen.s vna cum filio suo dńo Sigismundo Augusto et vxore domina Bona sibi char.mis M.ti vrę simul cum vniuersa Regia domo diuturnã valetudinem et incolumitatem et omnia secundis rerum successibus perpetuo cumulatissima etiam atq; etiam optat.

Arctissima necessitudo quę Regię M.ti domino meo clemen.mo cum vrá M.te intercedit. partim sanguinis coniunctione partim affinitatis eius qua Ser.s dominus meus Ser.mo filio suo dńo Sigismundo iuniori filiam vrę M.tis despondit vinculo copulata et confirmata facit. vt sibi idem Ser.s Princeps meus omnia suma de M.te vrá polliceatur, eaq; quę velit ipse, velle, vt confidat maxime his de rebus. quę res non minus jll.me filię M.tis vrę quam Ser.mo Sigismundo iuniori sponso, bono futurę sint. nihil enim dubitat ipsius M.tas vram M.tem amore et charitate in liberos nulli patrum concedere, atq; id summo studio diligentiaq; curare ea quę ex re illorum sint atq; dignitate. Quapropter cum me Ser.s Princeps meus senior ad Ces: M.tem fratrem vrę M.tis de Ducatu Barerń suo pariter ac Ser.me Coniugis suę nomine allegaret, quod existimaret eam rem, ex æquo etiam a vrá M.te, propter filiam suam char.mam ad quam simul cum sposo

ipsius Ser.mo Rege Sigismundo minori is hæreditario Ducatus jure aliquando sit peruenturus, curari debere, dedit mihi in mandatis vt vrám quoqz Mtem ea de re conuenirem persuasum enim habet permultum se a Mte vrá apud Ces: Mtem vt pote fratrem germanum in ea re posse adiuuari. Petit ergo Regia Mtas dominus meus clemen.s a vrá Mte, primu vt id negotium vrá Mtas propter eam quam dixi causam suum ducat: deinde vt apud Cesarea Mtem cura atqz diligentia promoueat, ac perficiat vt optatu responsu ad principes meos referam. Vicissim Ser.mus princeps meus quibuscumqz in rebus Mti vrę dominiqz eius regię cómodare et gratificari cum dignitate poterit admitetur sedulo vt et gratitudinem suam erga vrám Mtem testatam faciat et mutuam cum vrá Mte necessitudinem summopere stabilitam velle videatur.

Deinde illud Ser.mus Princeps meus Mtem vrám orare iussit ne regia vrá Mtas moleste ferat Comitia arbitrorum seu Cómissariorum vtrimqz delegatorum de controuersiis et simultatibus Slesitanorum cum subditis suæ Mtis componendis et compescendis ad ferias purgationis Marię quemadmodu vrá Mtas voluit non esse coacta. factum id est non quod ipsius Mtas vellet eam rem tam periculosam diutius extrahere sed quod non existimaret tam breui spatio temporis perfici posse. propterea q dominus Stanislaus Tarlo quem ipsius Mtas ad vrám Mtem ea de re Legatum miserat non multo ante eum diem cum responso vrę Mtis ad suam Mtem reuertit. id quod prius etiam ipsius Mtas vrę Mti literis suis intimauit. Est autem ipsius Mtas nunc in his locis. vt procul a Consiliariis suis quorum consilio in hoc negotio vti solet disiuncta sit. Itaqz postulat ipsius Mtas vt vrá Mtas hanc mora

ferat dum cómunicato cum Consiliariis consilio quod breui futurum est M.tem vrám certiorem faciet: atq3 interim subditos suos aut potius grassatores quosdam qui turbant omnia diligenter cohibeat et in offitio contineat et quod a M.te vrá factum erit, idem hoc princeps meus Ser.mus eodem studio de suis prestabit vt ne quid sit quod mutuam vrarum M.tum amicitiā minuat atq3 labefactet.

Habeo preterea quedam alia mandata ad M.tem vrám que cum vre M.ti cómodum erit semotis arbitris referam.

Legatio secreta à Sigismundo primo Rege Polonie
Ad Ferdinandum Romanorũ Hungarie et Bohe:
mie Regem.

Accepit Regia M.tas do.s meus clemen.s perbenigne eam partem responsi, quam vrá M.tas Legatis ipsius dedit de perficiendo matrimonio et sponsalibus non tantum de futuro sed etiam de presenti peragendis inter Ser.m do. Sigismūdū Iuniorem Regem Polonie M.tis ipsius filiū char.mū et Ser.ma do. Elisabeth filiam suam, simul de consumandis atq3 decidendis his articulis qui reliqui sunt ex Conuentu Posnaniensi.

Gaudet ipsius M.tas hoc matrimoniū vre M.ti tantopere cure atq3 cordi esse, cupitq3 etiam ipsa primo quoq3 tempore penitus transactum et confirmatum esse, sed veretur vt q.d tempus vrá M.tas ei rei prefiniuit nimirum festum sancti Jacobi ad id tempus aliquid fieri atq3 confici possit. Nam quū hinc nunc tam procul absit et bello aduersus Moschos suscepto distineatur, deinde etiam eo vel confecto vel pacato vel certe intermisso mox ad aliam bellicam expedicōm

quam in vniuersum habitatoribus regni Poloniæ contra Scithas atqȝ valachos indixit conferre se cogatur non potest neqȝ commode cum Consiliariis suis consultare ijs de rebus quæ restant ex Posnanien conuentione quas res ex Consilii sui sententia faciat necesse est, si ratæ atqȝ firmæ esse debent, neqȝ nisi per insignes Legatos atqȝ Oratores qua decet celebritate tantas res transigere.

Quare postulat ipsius M.tas vrám M.tem vt ipsius voluntate rebus ~~ipsius~~ ijs peragendis dies proferatur, et in hiemem vsqȝ proximam reijciatur, ibi ~~tamen~~ tum maiori cum dignitate et liberius omnia fient, M.tas vero vrá, quem volet diem atqȝ locum ei rei constituet atqȝ præscribet, tn si vrá M.tas perstat in sententia sua, vt non nisi ad festum sancti jacobi rebus ijs finem fieri velit, non recusat Ser.mus princeps meus atqȝ recepit se morem gesturum voluntati esse M.tis vræ, sed illud prædicit sponsalia quidem ad id tempus peragi posse, Ea vero quæ in Posnamien congressu agi capta nondum perfecta sunt, non posse. Itaqȝ declarabit vrá M.tas suam sententia quid facto opus esse existimet. Nam de diplomate atqȝ dispensatione Pontificia nullam habet ipsius M.tas significatioñ a suis quos in Curia Romana habet. Petit ergo vt eam obtinenda atqȝ conficiendam vrá M.tas mandet.

Postremo M.ti vræ, se, filiu suum char.mu, atqȝ cõmune hoc matrimonii negotium etiam atqȝ etiam cõmendat.

Legatio Regie et R.lis M.tis Polonie
Ad Ser.mam dominam Annam Reginam
Romanorum Hungarie et Bohemie, data
Petro Opalieniczki. 26. Ianuarii

Ser.ma princeps. Ser.mus Princeps et dominus dominus Sigismundus senior Rex Polonie vna cum filio suo Ser.mo d.no Sigismundo iuniori et cum Ser.ma domina Bona Coniuge sua char.ma M.tem v.ram atque vniuersam domum ipsius Regiam longum saluam et incolumem et cunctis prosperis rerum successibus semper auctissimam et ornatissimam esse cupit.

Cum me ijdem domini mei clemen.mi de quibusdam negotiis suis communibus ad Cesaream M.tem et ad Ser.m Regem Romanorum etc virum v.re M.tis amandarent, illud etiam oneris mihi imposuerunt vt M.tem v.ram ipsarum verbis inuiserem. deinde vt rogarem vt id negotium quod suum apud Ces: M.tem acturus M.tas v.ra ad Ser.mum Regem Romanorum Coniugem suum char.mum diligenter promoueret et adiuuaret. vt porro ipsius M.tas Regia apud Ces: M.tem fratrem suum germanum, ~~coniugem suum char.mum diligenter promoueret et adiuuaret~~, magno studio comendandum et adiuuandum susciperet. Conuenit hoc autem magnopere et v.ram M.tem apud Regem et Coniugem suum, et ipsius Regiam M.tem apud fratrem suum facere, propterea quod cum id negotium Ser.mi domini Sigismundi iunioris Regis Polonie atque ita etiam Ser.me filie M.tis v.re que ipsi desponsata est bono atque comodo futurum sit. V.ras quoque M.tes ambas pro charitate et indulgentia que parentibus in liberos esse debet ex aequo cum dominis meis clemen.mis curare decet. Quod vt idem domini mei clemen.mi

M.tem

M^tem^ vrám pro sua parte facturam esse confidunt. Ita vicissim summa beneuolentia et omni honestorum offitiorum genere sedulo promereri studebunt. Nunc hoc negotium vrę M^ti^ iterum atque iterum comendant.

Legatio á Sigismundo primo Rege Polonię: ad Carolum quintum Imperatorem Catholicum, data Petro Opalicniczki Castellano Gnesnen: 26. Ianuarii 1536

Sacra Cesarea M^tas^. Ser^mus^ Rex Polonię d. Sigismundus senior dominus meus clemen^mus^ Ces: M^ti^ vrę velut amico et consanguineo suo char^mo^ et obseruando diuturna ac perpetuam valetudinem, incolumitatem, summa in omnibus rebus gerendis fœlicitatem victorias ac triumphos de suis ac nominis Christiani hostibus: denique quicquid expetendum in hac vita principi Christiano euenire potest etiam atque etiam optat.

Excellen^me^ et inuicte princeps. Etsi Ser^mus^ Princeps meus et dominus dominus Sigismundus senior Rex Polonię dominus meus clemen^s^ bello aduersus Moschos hostes suos gerendo vehementer distinetur, tamen quum eodem fere tempore quo ipse preclaram victoriam ex hisdem hostibus suis sibi peperisset, accepisset etiam Cesaream M^tem^ vrám re bene gesta suis ac nominis Christiani hostibus profligatis, et insigni clade affectis saluum atque triumphantem exercitum ex Affrica deportasse, quod ea re maiorem in modum ac plus etiam quàm sua victoria letaretur, tum quod eam non minus vtilem reipub^cę^ Christianę quam amplissimam atque florentiss^mam^ esse cupit, esse arbitraretur: tum quod ea est cum Ces: M^te^ vrá necessitudine coniunctus, vt sibi

cum Cesarea M.te vrã omnia ducat esse cõmunia. quod nunqua
ea re impense gauderet. existimauit se opere precium factu:
rum esse, si id Ces: M.ti vrẽ per Orẽm suum gratularetur.
Et quanquam videbat id aliquanto serius fore. propterea
q͂ propter multam sane loci intercapedinem qua sua M.tas
ab his oris in Lituania degens seiuncta esset. neq͂ cito
cum nunctiũ de Ces: M.tis vrẽ falici rerum successu acce:
pisset. neq͂ enim cui id negotii dedisset cito peruenturũ
esse ad Ces: M.tem vrãm putaret: tamen aliquando id
potius quã nunquã facere mallebat: eam prouintiam
mihi delegauit. Gratulatur ergo ipsius M.tas Ces: M.ti
vrẽ istam quam dixi falicitatem et propriam atq͂ per:
petuam esse cupit. Sperat enim fore vt Dei opt: max:i
benignitate et clementia. Caesareẽ vrẽ M.tis ductu et auspi:
tiis, militum robore atq͂ copia, omniũ omnis generis atq͂
ordinis hominũ fausta ominantiũ et comprecantiũ voto
accedente. potentia hostiũ sacrosanctẽ Ecclesiẽ Catholicẽ
diminuta et confracta, haereticorũ dissidentibus inter se
opinionibus (quẽ religioni Chrianẽ. ad quam nos omnia nrã
consilia referre inprimis oportet magnam in quibusdam
nationibus calamitatem attulerunt. idemq͂ hoc etiam aliis
vt queq͂ maxime vicinẽ sunt. nisi tempori prouisum erit
minatur) consilio et authoritate M.tis vrẽ conuulsis et ex:
tirpatis, et piis orthodoxorum patrum sanctionibus reuo:
catis et stabilitis, orbis Christianus pace et tranquillitate
restituta florem suũ atq͂ dignitatem pristinã recuperet
veriq͂ Dei cultum indies longius ac latius propaget.
Quem diem omniũ votis expetitum et v. M.ti honorificen:
tis.mũ preclarissimũq͂ ipsius M.tas Regia videre cupit.

Salutatio ad Cæsarem nomine Bone Regine Polonie et gratulaº

Quæ regie M.tis domini mei clemen.mi verbis Ces: M.ti vre modo optaui eadem hæc etiam R.lis M.tas eodem studio pro summa sua erga Ces: M.tem vram obseruantia precatur nimirum vt Ces: M.tas vra semper optatis rerum successibus cumulatissime perfruatur. Deinde gratulatur etiam pro sua portione quantum potest Cesaree M.ti vre insignem istam victoriam æstate superiori, in Affrica de hostibus ipsius pariter et vniuersę reipub.ce Christianę partam, optatque vt Deus omnipotens qui suis nunquam deesse solet. hanc fælicitatem Ces: M.ti vre quod bono Chrianę religionis et omnium eius professorum fuerit, noua subinde felicitate augeat atque cumulet. Quod perquam iocundu auditu fuerit ipsius Reginali M.ti. Ea est enim erga Ces: M.tem vram animi propensione et obseruantia vt non etiam propinquis vrę M.tis concedat: cui se ac dominu suu quam offitiosissime comendat. Alia quę a Regia et R.li M.tibus dominis meis clemen.mis in mandatis habeo quu Cesarea M.tas vra iusserit referam.

Sigismundus primus Rex Polonie
Petro Opalieniczki Castellano Gnes:
nensi Oratori ad Coesarem misso

M. Ag.ce sincere nobis dilecte. Multorum indiciis et non obscuris argumentis deprehendimus Cruciferos moliri aliquid aduersus ditiones nras Prussiacas. et vt facilius cogitata perficiant cum quibusdam Principibus conspirasse. Itaqz mandamus S. tue vt ea de re cum Ser.mo dno Rege Ro:rum et Ces: M.te verbis nris agat: ad prescriptum quod ad Sin.tem tuam cum his transmittimus: sic tamen vt ingenio prudentieqz S. tue permittamus si quid ad hec adijciendu esse existimabit pro temporis et rerum conditione. Bene valeat tua S. Vilne vltima Febr. M D XXX VI.

Pars Legationis à Sigismundo primo Rege Polonie
Ad Carolum Coesarem et ad Ferdinandu Regem, missa
ad Petrum Opalieniczki Oratorem. vltima Februa:
rii. 1536

Pro certo Regia M.tas dominus meus clemen.is comperit multorum e Germania amicoru suoru inditio, supremu ordinis Theutonicorum Mgrm cum hominibus sui ordinis non conquiescere, sed cum Ill.ri domino Friderico Palatino Reni, qui nuper Christierni Regis Danorum filiam vxorem duxit noua consilia noua fœdera iniuisse et conspirasse in perniciem ditionu sue M.tis ac maxime Ducatus Prussie. Quanquā autem ipsius M.tas bello aduersus Scismaticos atqz Ethnicos gerendo nunc est impedita: tn si quid illi inceptarent earum rerum quas moliuntur

non posset pro debito suo ac dignitate ijs subditis suis qui in:
festarentur oppugnarenturque deesse. sed confecta vtrumque
cum Ethnicis et Schismaticis hostibus pace Christianos ho:
stes sociali et quasi ciuili bello persequi et a finibus suis
arcere magna cum indignitate ac dedecore Christiani no:
minis cogeretur. Interim autem hostes Christiani nominis
et Schismatici. qui citius ab illis quam aduersus illos
pro Christianis staturi sint. magna rerum suarum incremé:
ta sumerent magno reipub.cae dolore ac incómodo: quam
conueniebat iam tandem ab his malis quibus per hęc tem:
pora afflictata est aliquantisper respirare et ad pristinum
florem atque dignitatem suam redire. Quare cum sciat ipsius
Regia M.tas M.tem vrám in eam curam atque cogitationem
cumprimis incumbere vt compositis et extinctis Chrianorum
inter ipsos detestandis dissidijs optata tandem pax atque
tranquillitas orbi Christiano restituatur. viresque Chrianorum
refocillatę et coadunatę Ethnicorum potentia debilitata
et confracta se se in pristinam dignitatem asserant. petit
a M.te vrá vt quos habet in potestate sua vrá M.tas ipsius
sui tam salutaris propositi obices et publicę pacis atque tran:
quillitatis quę Christianis inter ipsos esse debet turbatores
eorum improbos conatus et molimina authoritate impe:
rioque suo sedulo cohibeat et compescat atque illud quod iam
dixi institutum suum eodem quo cępit studio persequatur.
Quorum hoc vti Christiano principe. illud etiam vti ne:
cessitudine quę vrę M.ti cum domino meo clemen.mo inter:
cedit dignum est vrá M.tas faciet. Mallet enim ipsius
M.tas eos sumptus qui in istud quasi ciuile cum Christianis
bellum faciendi essent aduersus Schismaticos ac Ethnicos
facere.

Petrus Opalieniczki Magister Curie Sermi Sigismundi Augusti Regis Polonie: Bone Regine Polonie.

S. Ex.ma Princeps domina et domina mea clemen.ma Post humilem seruitiorum meorum cōmendationē. Ab eo tēpore postquam ex Craco.a discessi curaui omni studio vt accelerarem maxime, et ne horam quidem male perderem a Cracouia enī vsqz in Zalczburg nusquā immoratus sum sed recta ad Isprug vsqz profectus: sed tanta fuit pessime vie incōmoditas que nequaqz properare me permisit imo equos alioquin fessos prostrauit mihi penitus, vbi in olomunecz veni intellexi Ser.mū Ro.ū Regem ex Vienna in Isprug esse profectum atqz Mag.cū dominū Sigismundū de Hoberstain cum quo mihi Sacre M.tis vre nomine fuit negotiū, cum sua M.te quoqz abiisse, non ex re amplius mihi est visum vt Viennam irem vbi nihil mihi fuit negotii sed recta versus Isprug me contuli per vias quoqz eo tempore ita malas vt nihil supra. Vbi ex Olomunecz abirem dominus Doctor homo mansuetissimis moribus cum altero suo collega videntes hoc iter non propinquū versus Italiam esse, recta Viennā se contulerunt. Mihi autem versus Isprug eunti, in Ciuitate Rozenhaim que ciuitas in Ducatu est Bauarie, factus est obuius Ill.mus Bauarie Dux Ludouicus, qui ad Ces. M.tem numeroso et splendido equitatu vadit. Ego in contiguo sue Ill.tis hospitium habui, occasionem querens vt cognoscere mihi eum liceret: ex suis vocaui primores quosdam cum quibus egi humaniꝰ per occasionē contubernii rogauiqz vt exeun:

satum me facerent quod per ditionem sue Ill.tis vadens non inviserim suam Ill.ma d.nem Ser.morum meorum Princi: cipum nomine nec more patrie liberum transitum a suis d.bus petierim, idque non oblivione ulla, non offitii negli: gentia factum est, sed quia non ista verum alia via mihi eundum existimarunt Sacre M.tes vre. quo intellecto sua Ill.tas per Consiliarios suos petiit ut convenirem cum sua Ill.te vel si mihi videatur ad hospitium meum venire se obtu: lit sua Ill.tas: ego mox adivi suam Ill.tem atque illic cum sua Ill.te multa verba feci: id quare fecerim vra M.tas facile conijcere potest: de quo postea. Ita sollicitare eum ut habere possit in uxorem viduam Ducem Mediolanen. sed nihil efficiet aliorsum enim tenditur. Nam tractatur inter Catholicam Ces: M.tem et Ser.mum Regem Gallie de pace hoc modo ut filius Regis Gallie filiam ducat Cesaree M.tis ea lege ut illi in dotem det Cesar Ducatum Mediola: nen. atque ea etiam lege ut filius Ser.mi Regis Francie do: nec minorennis est in aula Cesarea vivat atque eis moribus instituatur qui Cesari placeant, sed haec omnia adhuc du: bia sunt, utrinque enim se bello parant et exercitum struunt erga se qualem vix habuerunt unquam, uterque exercitus versus Mediolanum pergit: si hoc bellum non dirimet Deus maximam in Christianitate caedem faciet. Innumeri homi: nes hique maximi ad Cesarem vadunt. Ubi postea ad civitatem Schwacz veni obvius fui iterum Ill.mo Arne: sto Duci Bavarie et Posonien. Epo qui Ducatum in Opolie emit cum eo quoque verba feci, ferunt illum animo esse eo ut uxorem ducat, nondum enim initiatus est sacris.

Sperabant quoque Ducem Bavarie Vilelmum huc venturum cuius filius superstes iuvenis admodum unam ex filiabus Ser.mi Regis Ferdinandi ducturus est etiam, ut isti hic in Aula sperant. Ill.mus Fridericus Falczgrabius qui

in Isprug cum Regia M.te comensalis est nunc familiar.mus is aetate iam est grandiore uxorem tn̄ duxit Ser.mi Regis Daniae Cristierni filiam. Ego demum Aprilis tertia in Isprug veni, uno fere miliari ante urbem missi sunt michi obuiam. Re.mus do. viennen̄ Epūs. Mag.cus dominus Sigismundus de Herberstain. Mag.cus do.s Zabka Regni Bohemiae viceccancellarius. Venerunt quoqz ex Aula primores Curien̄ non modici. hi omnes ubi me nomine suae M.tis salutarent multaqz optima vris M.tibus precarētur ad hospitiū usqz postea deduxerunt, ex quo hospitio Falczgrabius Philippus nunc discesserat, homo, ut aiunt summa in rebus bellicis dexteritate. Tertio postea die Ser.mus Ro.rum etc Rex audientiā mihi dedit pro me misit illos qui mihi fuerunt obuii, quibus addidit Drabantes suos, atqz harceros, qui custodes personae suae M.tis esse solent, quod facere solet sua M.tas his tantum Principibus quos sibi char.mos habet. Non potui maiore humanitate et excipi et exaudiri a sua M.te quam ea qua se esse testatur sua celsitudo erga Ser.mā M.tem vrām non sine admiratione hic omniū quippe qui res vrae M.tis non minus quam suas proprias se maximi pendere offitiosissime refert idqz saepius.

Quid ad Legationem Ser.mi vrae M.tis coniugis domini et Regis mei clemen̄.mi responderit sua M.tas ex lrīs suae sacrae M.tis intelliget quae repetere iterum non ex re duxi.

Quod vero filiū Ill.mi Ducis Sabaudiae attinet atqz suae Ill.tis filiū primogenitū de eo negotio imprimis verba feci cum Mag.co domino Sigismundo de Heberstain qui ea fide et diligentia atqz affectu singulari curat res omnes vrārum M.tum ac si et subditus et seruitor esset vrae M.tis pro qua tanta sua erga vrās M.tes obseruantia

certe spetiali, etiam vrarum M.^tri gracia est dignus. homo alioquin non postreme hic in aula ista anthoritatis: cuius opera et confidenter et comodissime uti hic semper poterit apud Sacram M.^tem Ro.^rum Regem cui servitor et Consiliarius est ut ego video non parui momenti. Is mihi retulit se fuisse loquutu cum Ser.^mo Ro.^rum Rege ut Ser.^ma Isabella regina Polo. infans etc opera et Cesarea et sue M.^tis fuisset locata matrimonio huic natu maiori Ducis Subaudie filio. quam rem ita diligen.^me curauit Ser.^ma sua M.^tas ac si foret propria. Mox enim sua M.^tas hoc negotiu promouit Ser.^mo Impe.^ri char.^mo suo fratri, per lras petens, ut illud tractare velit, sed quia princeps iste primogenitus Deo ita volente mortuus est, res infecta ita mansit. Ego ubi eum sue M.^tis ad hoc negotiu animu vidi post multam vrarum M.^tum comedacom egi sue M.^ti gracias que pro virtute sua tam propenso animo se prestiterit ad res bene curandas vrarum M.^tum, rogauiqz ut deinceps amore eodem et cura cordi habere semper velit res M.^tum vrarum: quas iure et veteris necessitudinis ac noue huius coniunctionis coes esse oporteat. Sacra sua M.^tas maximas imprimis habuit gracias vris M.^tibus de ista M.^tu vrarum offitiosissima beniuolentie oblatione quam se vicissim omni studio erga vras M.^tes obseruaturum longis verbis amicissime pollicetur idqz re non verbis facturu, quippe qui omnia que vrarum M.^tum sunt non minus atqz sua reputat. Idqz M.^ti sue summopere gratum q ita confidenter opera eius utatur. petitqz ut deinceps ita semper facere velit hoc enim amicorum esse propriu.

Deinde quod ad intercessionem attinet in rebus Mediolani et Bari apud Catho.^cam M.^tem Cesaream: rndit sua

M.^tas se hoc non grauatim facturum atq3 mox lr̃as mihi ad Ces: M.^tem dari demandauit quę vtinam prosperrime cedant.

Quod vero Ser.^ma infantem etc attinet r̃ndit sua M.^tas se iam incepisse diligenter hanc matrimonii prouintiam atq3 nihil se dubitare q̃ prosperrime cessisset nisi morte tam insperata obiisset is optimus Princeps, qui, ??is fuit moribus vt Regia ista prole quoq3 optima fuisset dignus. De altero vero superstite filio Jll.^mi Ducis Sabaudię: nescit sua M.^tas qua nunc sit ætate sed sperat paucis annis eum esse: verum obtulit sua M.^tas se cordi habere velle hoc matrimonii negotiũ vbi quid viderit ex re et dignitate esse vr̃arum M.^tũ, sibi em̃ hoc licere melius quàm vr̃is M.^tibus mihi quoq3 mandare dignata est vt de ea re itidem cogitem: dixit postea sua M.^tas fratrem Regis Portugalię de Ces: M.^te optime meritum, atq3 sperare se q̃ Catholica M.^tas illi graciose prouidebit de statu non contemnendo. Js si ad propositum esse videatur tractare se de ea re tempore suo velle. sed quia hæc res et longa et distans nimis est interogaui suam M.^tem quid suę M.^ti de Duce Ludouico Bauarię videatur respondit id quoq3 non ab re fore: sed Ducem istum agere nunc apud Catholicam M.^tem vt habere possit relictã olim Ducis Mediolanen̄ non pridem defuncti. multa deinde sua M.^tas locuta est gr̃o.^me idq3 longo admodum tempore. vbi ego intellexi suam M.^tem integro certe esse animo erga vr̃as M.^tes. Cõmemorauit sua M.^tas dissidia quę in finibus vtrinq3 accidere solent. seq3 m̃gnã deesse vt pacata sint omnia quod vt vicissim fiat postulat sua M.^tas.

Veni postea ad Ser.ma Rlem Mtem que mihi ex atrio venit obuiam comitata Ser.mo filiolo Maximiliano: altero Ferdinando: deinde Ser.ma infante Elisabeth, caterisqz Anna. Maria. Catharina eisdem vestibus ornatissime indutis. Pueri sunt forma elegan.ma, omnes tamen et forma et moribus superat Ser.ma Elisabeth futura domini et Regis mei clemen.mi sponsa: salutaui suam Rlem Mtem prolemqz suam fel.mam nomine vrarum Mtum atqz domini et Regis mei clemen.mi Regis iunioris nomine, Imprimis Ser.ma Elisabeth ad que singula mihi nomine suarum Mtum humanissime est responsum cum singulari oblatione mutue propensionis et obseruantie cum vris Mtibus. Deinde vero Rlis Mtas apud coniugem suum char.mum Ser.mum Regem Ro.rum etc operam suam et intercessionem non defutura officiosissime pollicita est petiitqz vt illam vra Mtas tanqua sororem char.mam eo amore prosequi velit quo illa quoqz se vram Ser.mam Mtem prosecuturam humanissime promittit.

His peractis ego in Dei nomine ad Imperialem Mtem vado quem Ser.mus Ro.rum Rex Rome iam esse certo retulit. Ex Neapoli enim exiuisse Marcii xx iij suam Ces. Mtem.

In omnibus vrarum Mtum negotiis maximo negotio et honori mihi fuit Mag.cus dominus Zabka Regni Bohemie Vicecancellarius homo non vulgari authoritate et consilio. Is quoqz non contemnendus est certe seruitor qui ad vsum hic erit semper vris Mtibus: aperte enim vidi qui seruitorem se fatetur vrarum Mtum. Reliquum est vt humillima seruitia mea comendem Ser.me vre Mti tanquam domine mee clemen.me. Datum in Isprugk viij Aprilis. Anno dni M D XXX vi°

Petrus Opalieniczki Magister Curie
Sigismundo Augusto Regi Polonie

Ser.^me Rex domine et domine meus gro.^me . Post humilem seruitiorum meorum comedacom . Tertia Aprilis ad Aulam Ser.^mi Ro:^rum etc Regis veni et honorifice et humanissime exceptus . vbi autem vtramqz M.^tem sacre celsitudinis vre nomine salutarem inuiserem cuncta prosperrima illis precarer, Non dici potest quam grato animo vre M.^tis propensionem erga se acceperint : habent itaqz vre M.^ti gracias cupiuntqz vicissim vt ipsa quoqz et optime valeat atqz in rebus omnibus semper fausta fœlixqz sit M.^tas vra Ser.^ma . Ser.^ma autem Elisabeth Sacre sue M.^tis filiola amantis.^ma que ea est forma his moribus ea apud omnes gratitudine vt nihil in ea desiderari videam magis nisi vt bene et diu optimeqz valeat : que pro suo erga vram M.^tem amore singulari, Sacre M.^ti vre perpetuam valetudinem : summam in rebus omnibus fœlicitatem . demiqz quicquid expetendum in hac vita Principi Chriano euenire possit etiam atqz etiam optat : optatqz summopere vt illam vra M.^tas amore eo quo merito debet prosequi dignetur quod se quoqz facturam offitiosissime pollicita est . Mihi autem comittere dignata est vt hoc precipue curem apud vestram M.^tem ne eius M.^tis apud illam fiat obliuio atqz is amor quem erga vram M.^tem gerit pari vre M.^tis propensione rependi sibi possit .

Ser.^mus Ro:^rum Rex multo studio de ætate : de æducatione

de educatione, de moribus: de linguis: de studiis: de religio:
ne vr̃e M.tis demiq3 cum quibus versetur: quo se oblectet inte:
rogauit. Non minorem se curam vr̃e M.tis habere quam filio:
rum quos habet atq3 se audiuisse vr̃am M.tem optimis esse mo:
ribus, multarum linguarū: atq3 iam demū lectionis pro
ætate non modicæ, idq3 sibi placere summopere: reliqua
plurima quæ sumā suæ M.tis erga vr̃am celsitudinē propen:
sionem et amorem testantur: Ego suæ M.ti ita respondi
prout virtus, prudentia et mansuetudo exigit Ser.mæ
vr̃e M.tis, nihil enim dubito vr̃am M.tem talem futuram
qualem sibi pollicetur tota Christianitas.

Quid ego de rebus vr̃arum M.tū apud istam hic Ro.zum
M.tem egerim ex l̃ris Ser.morum suorum parentū intelli:
get vr̃a Sacra M.tas quæ repetere iterum non ex re duxi.

VAdo hinc deinde ad Catholicā Ces: M.tem quæ ex Neapoli
Romam versus xxiiij Marcii profecta est. reliqua vr̃arū
M.tū mandata apud Cesarem ea fide et integritate cu:
rabo qua bonū seruitorem et subditum decet. Supplico
demū vt seruitia mea accepta et cõmendata sint.
Ser.mæ vr̃e M.ti tanquā domino et Regi meo clemen.mo
Datum in Jsprugk viij Aprilis. Anno dñi M.D.XXXVI

Petrus Opalieniczki Mgr Curie Sermi
domini Sigismundi Augusti Regis Polonie.
Bonae Reginae Poloniae

Ser.ma princeps domina domina mea clemen.ma. Post humilem servitiorum meorum commendacionem. Vigesima Aprilis veni Mantuam atque ibi mihi iam iam equum ascendenti homo quidam se obtulit qui Venetias ibat. Polonumque illic esse nescio quem qui in Poloniam esset iturus: cui ego in omnem eventum dedi istas literas ad Ser.mam vestram M.tem maluj enim festinando negligenter quam nihil scribere.
Ex Cracovia ad Mantuam usque veni in septimanis quinque preter eos dies septem quibus in Isprugk mansi quia aliter nequaquam esse potuit propter plurima sue M.tis cum Germanie principibus negotia: post datum etenim responsum in crastino mox abij. Illic eo tempore sumptu meo vixi non regio: quia nulle expense mihi sunt date.
Ex Isprugk ad Mantuam veni et durissimos et altissimos montes in undecim diebus ubi miliaria sunt quinquaginta. Infra dies Pasche uno tantum die scilicet dominico mansi in Tridento, Feria secunda illinc abij. Nocte media Pasche tantus ignis fuit qui totam civitatem potuit tur:pissime exussisse nisi fortiter tutatum fuisset. Iste ignis in contiguo hospitij mei incepit non sine timore maximo omnium: fuerunt enim ea nocte in Tridento aliquot millia peditum Lanczknechtow. ego ex urbe res meas omnes et equos ad castrum detuli ubi per illam noctem me continui et propter ignem et propter pedites almanos.
Profectus sum breviusque comitatus multis militibus Lancz:knechtorum qui versus Mediolanum vadunt: tota Italia

est in armis. hi ad Catholicum Imp:rem: illi ad Galliae Regem vadunt. omnis strata via: quodlibet hospitium est militibus plenum: unde alii pacem alii bellum sperant. ego bellum suspicor etsi Pontifex et Veneti de pace student diligenter. omnium fuerat certa expectatio, quod Ces: M:tas iam per me inueniri debuerat Mantuae: sed varia sunt consilia et instituta principum.

Ill:mus Dux Mantuae Sacrae vrae M:ti atque vniuersae illius familiae (salutem plurimam) nomine suo referre iubet. Idem quoque suae Ill:tis frater Ill:mus Ferandus cuncta optima M:ti vrae precatur. Ill:mus Dux mihi retulit Ces: M:tem xix Aprilis ex Roma discessisse atque recta ad Mantuam venturam suam M:tem: consuluit sua Ill:tas vt Mantuae expectarem Cesarem in via enim suam M:tem nil mecum tractaturam atque me in via non et hospitia et victum habiturum propter tot hominum millia quae circa Cesarem sunt. Ego tamen in Dei nomine vado quoad possum recta versus Cesarem faciam vt possum non vt volo: et prout mandauit mihi Sacra vra M:tas ne quid morer.

Mantuae fui vna tantum nocte. die altero mox vado Ferariam, ex Feraria Bononiam, ex Bononia Florentiam, nihil in me deerit quod bonum seruitorem attinet, modo sors bene velit: sed ad pessima tempora huc missus sum omnes mihi non bene ominantur propter tot curas maximas Cesaris sed ego in Deo bene spero. Cor enim Regis in manu Dei est.

De sollicitatore queritur vra M:tas quod nullum habeo, nihil curet vra M:tas vra iam haec est prouintia mea curare omnia, quibus opus est, nec pretermittitur quicquam.

Habeo mecum nepotem meum dominum Andream Czarnkow-
ski iuvenem quo ad eam rem aptior nemo esse posset:
homo optimis moribus, s(um)mo ingenio et multe lectionis
et eloquens. is credo non ab re erit rebus v(est)re M(aies)t(at)is et
mihi ad usum.

Dominus olim Crac(oviensis) [Tomiczki] Ep(iscop)us, et Capitaneus Bodzancziinen(sis)
protunc existens, jus patronatus Scholastrie Cracovien(sis)
tanqua(m) collatores dederunt R(everendissi)mo domino Archiep(iscop)o mo-
derno Cricio atq(ue) mihi: quod nos conferre vellemus
prout ex pacto debemus huic Nepoti meo d(omi)no Andree
Czarnkowski. veremur autem ne dominus R(everendissi)mus Crac(oviensis)
[Latalski] Ep(iscop)us modernus inficere nobis velit hoc negotium confe-
rendi: supplico ut patrocinio suo efficere velit v(est)ra M(aies)tas
ut confirmare quoq(ue) dignetur R(everendissi)ma d(ominatio) sua hoc nostrum
jus patronat(us) conferendi hanc Scholastriam in persona(m)
nepotis mei domini Czarnkowski, quod ego Sacre v(est)re
M(aies)t(at)i humillime semper promerebor tanqua(m) domine mee
clemen(tissi)me: et ipse quoq(ue) non inutilis erit servitor v(est)re
M(aies)t(at)is.

Supplico boni consulere velit v(est)ra M(aies)tas quod calamo ita ne-
gligente scripserim: quia tempus ita tulit quod al(ite)r esse
nequivit: turpius autem duxi nihil scripsisse qua(m)
male scripsisse.

Ad Sacras et Ser(enissi)mas M(aies)tes dominos meos clemen(tissi)mos
nihil scribo: quia post ultimas illas l(itte)ras nihil mihi
fuit negotii de rebus suarum M(aies)t(atu)m. Co(m)mendo humillia
servitia mea Sacris et Ser(enissi)mis v(est)ris M(aies)t(ati)bus tanqua(m)
dominis meis clemen(tissi)mis. Datum Mantue xxi Ap(ri)-
lis M D xxx vi

Petrus Opalieniczki Castellanus Gnesnen Or
Sigismundo primo REGI POLONIAE

Sacra Regia M.tas domine gr.me. Arbitror offitii esse mei pro ea obseruantia et seruitute quam M.ti V.re debeo libere scribere non modo que in hac Legatione cum Ces. M.te egerim, verum etiam que fuerit ratio itinerum et consiliorum meorum. Nam ex Vienna usq3 Salczburgam licet per itinera satis difficilia et incomoda mutatis sæpius equis perueni intra quadriduum. id quod raro preterq3 a postariis factum est. Ibi cognoui d. Gurcen̄ uno die cum dimidio ante aduentum ex Salczburga recessisse et in Isprukh ad Cesarem tendere. putaui utile velocissimam postam ex itinere ad do. Gurcen̄ mittere ~~ad Do. Gurcen̄ mittere~~. Cui planissime scripsi quantum fiducie ambe M.tes V.re in pollicitationibus et assecuratione sue R.me d.nis quo ad aduentum Cæsaris collocassent. et quam ægro animo hanc diuturnam moram tollerarent. quibus denique causis M.tes V.re ni Cesar quam velocissime aduentaret ulterius expectare non possent. Ad has l.ras domini Gurcen̄ prolixius respondi: cuius quidem l.ras in specie fraterne M.ti transmisi. Inter cetera vero a me contendit ut nullam postam ad M.tes V.ras mitterem ~~Inter~~ donec una cum ipso conuenirem: consilium sequutus suum ea presertim ratione, ut rebus Cesareis ex eodem aliquo explorattis possim aliquid certius M.tibus V.ris perscribere. Sed ipse d. Gurcen̄ qui tam lente et tarde iter prius faciebat, ut plus q3 viginti quor dierum spatium

eundo consumpserit: habitis lr̃is meis celerrimo cursu peruenit ad Cesarem vbi duabus horis anteq̃ Isprugk attigissem postam nomine Cesaree M.tis et suo ad Ces: M.tes vr̃as expediuit per quam vterq̃ respondit vltimis lr̃is M.tum vestrarum dat die quinta Junij.

Vbi vero perueni ad Isprugk Cesar duabus milliaribus venando aberat iussusq̃ sum eum expectare. Interim cum dn̄o Gurcen̄ qui in Isprugk permanserat ea tractaui que mihi erant demandata. Jlle vicissim singula recensuit que ad eum vsq̃ diem in hoc negotio contingerant. mihi etiam perlegit vltimas lr̃as M.tum vr̃arum et ad easdem responsum tam Cesaris quam suum post modum subiunxit. se venia à Cesare impetrata concessurum in Augustam et inde prope diem nauali itinere ad Cesarem Lintz reuersurum. hec cum d. Gurcen̄ acta sunt.

Cesar vero reuersus a venatione misit ad me quendam consiliarium suum petens vt postridie conueniam suam M.tem in quodam opido nuncupato Ratumburch quod distat ab Isspruch Austriam versus quinq̃ milliaribus parui mandato et celerrime illuc me contuli. Cesar duabus circiter horis ad eundem quoq̃ locum ex venatione se recepit meq̃ introduci protinus iussit. habui autem audientiam nonnullis Principibus et Consiliariis sue M.tis p̄ntibus. mox vero in cubiculum me fecit accersiri. vbi omnibus semotis arbitris de quibusdam rebus percontatus est: ad singula que publice perorauerā diligen.me ac humanissime respondit. excusauitq̃ hanc suam morā ex vrgentibus et inopinatis causis processisse.

Post plurima vero vltro ac citro pertractata tandem egi vt saltem M.tas sua prefigeret determinatum diem quo pro certo constitueret Vienne. Jlle supputatione habita respondit se ex Lintz posse quinq̃ diebus illuc ire: sed

in superiori Austria indixisse Conuentum prouintialem quem ad spatium rursus quinqz dierum ad summum esset absoluturus. in eo conuentu autem velle habere delectum contra illam manum rusticanam quę nuper insurrexit: et talem delectum vt ea plebis insolentia sublata, etiam M.ti Regis Hungarię in Bosna et Croatia possit suppetias afferre. demumqz subducta ratione temporis promisit se si non antea tamen omnino circiter secundum diem Mensis Julij futurum Viennę: rogans ambas M.tes vras vt ęquo animo hanc quoqz moram vellent tollerare: et hæc tam diuturnę expectationis incómoda ac molestias quę M.tes vrę sustinuerunt cum futuris cómodis ac emolumentis compensare. Cum vero tandem agerem vt sua M.tas me remitteret, respondit se alia quędam habere mecum tractare M.tibus vris referenda, quibus absolutis me bona suę M.tis venia abiturum. Ego ne diutius M.tes vrás in expectatione tenerem premisi velocissimam postam, egi etiam pro maiori securitate vt Cęsar quoqz de die sui aduentus Viennam vrás M.tes suis lris certificaret. Sciat autem M.tas vrá me abundant.me in secreto colloquio, dixisse de diuinis dotibus singulariqz animi ac corporis pręstantia Ser.mi regis Polo.ę cum Cęsare, declarans quantum voluptatis ac quietis sua M.tas ex hac fraterna M.tis vrę confœderatione sit percepitura animumqz ipsius etiam prius bene dispositum ad amorem et charitatem in M.tem vrám videor auxisse ac inflammasse. qui post multa, hęc ad verbum protulit, adhuc seruo aliquid penes me, et id ego solus referam, in quo Ser.mo Regi Polonię fratri meo char.mo complacere volo, Vos autem nomine meo dicatis illi M.ti se habere eum Cęsarem, qui viribus opibus, militibus omnibus demumqz facultatibus M.ti suę semper libens et prompte gratificabitur.

Petebat congressus Cęsaris, cum rege Polonię

Illud insuper habeat exploratissimum M.tas vr̃a de quo vt verum fatear antea semper dubitaui Cesarem omnino venturum et venturum eo comitatu et apparatu vt tantum Principem decet. huncq3 mutuum M.tu vr̃arum conuentum non modo omnibus regnis. sed toti pene Christianitati futurum vtilem ac salutarem. Ego enim primum licebit a Cesare facultate redeundi impetrata ad M.tem vr̃am celerrime proficiscar. Quam Deus omnipotens sospitem ac foelicem in longum æuum seruare dignetur. Ex opido Ratumbruch die xiij Junij M D. XX. V.

Illud insuper habeat [illegible] [illegible] legem et in-
rum futuri animo semper [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]
Tempore [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
non modo omnibus regni [illegible] [illegible] Christianitati
[illegible] [illegible] [illegible] Cyprum [illegible] habet in
Cypro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] professione [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Negocia Prussie

Responsum à Sigismundo primo Rege Poloniȩ
THORVNENSIBVS datum 1536

Homines eos quibus a vi prestatur securitas regiis diplomatis, ita regia M.tas liberos et īmunes vult esse vt a iure causaqȝ dicenda non sint exempti. Itaqȝ si quid in eos iure fit vel animaduertitur: nihil eo regiis l[ite]ris derogatur.

Moneta cum vbiqȝ iam in Prussia etiam in Regiis officinis cudi desita sit, non existimat Regia M.tas conuenire vt eam a Torunen.bus solis cudi permittat: sed cum denuo publico omniū ordinū ~~consensu~~ regni et terrarum Prussiȩ consensu officinȩ aperientur: memor erit ipsius M.tas etiā Torunensiū vt eis priuilegia quȩ habent ea de re rata firmaqȝ maneant. Nam q[uod] hoc tempore preter ceteras Ciuitates Monetariam non exercuerunt vt ipsius Regiȩ M.ti concederent non gratis id neqȝ vllo incōmodo suo fecerunt. Nam satisfactum ipsis est a Regia M.te.

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Duci Prussie Marchioni
Brandemburgensi

Ill^ris Princeps nepos noster char.^me. Probe ac libenter intelleximus ea que nobis Ill.^tas v̄ra de Cruciferoru̅ et alioru̅ quorunda̅ conspirationibus et consiliis perscripsit quorum improbos conatus etsi speramus non esse processuros sic vt illi volunt quia a nobis stet iustitia tn̄ vigilandu̅ est sedulo ne quid nobis imprudentibus mali obiciatur: quod nos quidem quantu̅ in nobis situm est facimus et faciemus accurate. de v̄ra quoq3 Ill.^te cui9 res maxime agitur idem confidimus.

Dominus Ep̄us Chelmen̄ nl ad nos scripsit ea de re cui9 facit mentionem Ill.^tas v̄ra sed probatur nobis id quod ipsi Ill.^tas v̄ra perscripsit. Preterea quid hac in re faciendu̅ nobis sit non videmus. Domini Georgii Marchionis consiliu̅ nobis placet. Itaq3 dedimus in mandatis Mag.^co Petro Opalenski quem nuper ad Rom: Ces: et R. M^tes Oratorem allegauimus vt cum illis ea de re nostris verbis diligenter agat.

Domino Joachimo Marchioni genero n̄ro char.^mo rescripsimus nobis eum pergratum facere: q̄ nos omnibus de rebus certiores facit: et vt porro idem facere pergat adhortati sumus. Cupimus. Vilne iij Marcii M.D. XXXVI

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Duci Prussie

Ill^mis^ princeps etc. In foedere sanciando cōfirmandoq; cum Livonibus quorum Legati iam huc venerunt habebitur ratio postulatorum Ill. v^re^: quod attinet ad Ducatum Prussie.

Ad Gdanen̄ dedimus mandata de navibus non vendendis quemadmodum cupivit Ill. v^ra^ nisi quod non expressimus nominatim Holandos. sed in genere quicunq; aliquid adversus ditiones n^ras^ machinari velle viderentur aut eorum qui machinantur negotium agerent: tutius enim hoc esse videtur.

Quicquid nobis responsi attulerit a Ces. et Ro.^rum^ Regia M^te^ ad Legationem n^ram^ de cruciferorum conatibus cohibendis cōmunicabimus cum Ill^te^ v^ra^.

Uxori Glaubitz defuncti satis iam a nobis benigne factum est et arx n^ra^ Mariemburgen̄ opus habet accessione eius predii quod ipsa petit. Novarum rerum quod nos Ill. v^ra^ participes fecit habemus graciam: Jucundum vero auditu nobis fuit Lubecen̄ ^bus^ pacem cum Ser.^mo^ electo Rege Danie factam esse quam cupimus firmam esse ac diuturnam. Speramus enim id in rem nostram et ditionum nostrarum fore. Quod reliquum est optamus Ill. v^re^ diuturnam valetudinē ac perpetuam felicitatem. Vilne xxix Marcii

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniæ Ad Consiliarios ac ad omnes ordines Prussiæ pro Comitiis ad diem diui Stanislai in Maio congregatos

Principio Legatus regiæ M.tis nomine ordinibus Prussiæ salutem dicet et regiam graciam nunctiabit: deinde reliquam orationem ad hoc præscriptum contexet.

Miratur maiorem in modum Regia M.tas cum conuentum qui retroacto anno Elbingi ad diem s. Lucæ celebratus est sic a d.bus vr̃is esse solutum atque dimissum vt in eo nihil de his rebus quas sua M.tas quod existimaret ex re harum terrarum futuras esse ad d.nes vr̃as per legatum suum retulisset, constitueretur, maxime hoc periculoso tempore quo viciniæ pene omnes nationes ab externis bellis infestantur et ab intestinis dissidiis non conquiescunt. Tametsi intelligit ipsius M.tas hac in re non dominorum Cōsiliariorum sed reliquorum ordinum excusatione et tergiuersatione cessatum esse, quod hi negarent se quidquam vt in medium consulerent et constituerent absque fratrum et Magistratuum suorum consilio et consensu adduci posse. Sed quoniam hi tunc a d.nibus vr̃is dimissi erant cum his mandatis vt ad hunc Conuentum de his rebus quæ tum propositæ in medium erant deliberati venirent. Res quoque ipsa et impendentium periculorum metus suadet curandum esse, ne Pruthenicæ istæ ditiones maturo et diligenti consilio ac defensione destitutæ aliquid inexpectati mali et incōmodi experiantur: dedit M.tas sua ad Præfectos suos et ad omnes omnium ordinum homines mandata et nunc hortatus

vt d.nes v.ras hic simul congregatæ hisdem illis de rebus quæ suæ M.tis nomine d. v.ris anno superiore erant propositæ ita consti: tuant ac definiant vt simul ex repub.ca sint et M.ti suæ placeat

Atq3 illud imprimis vti necessariu esse ducit sic vult regia M.tas omnino vt hi quos ad bellum proficisci oportet accurate in: spiciantur lustrenturq3, vt pro debito quisq3 suo parati sint quasi mox manus cum hoste conserturi: propterea q Crucife: ri vt est inquietu hominu genus non conquiescunt sed om: nia potius experiuntur, si quo modo vel aperto Marte hasce ditiones Regiæ M.tis appetere vel infestare vel non satis custoditas ex improuiso ingenti aliquo damno et in: cómodo afficere possint. Jtaq3 oportet hic contra et ad apertam vim propulsandam et clandestinas fraudes atq3 inexpectata pericula euitanda omnia bene ac diligenter prouisa esse.

Deinde accepit R.ca M.tas esse plerosq3 inter d.nes v.ras qui nimis curiose et petulanter eius pecuniæ quæ ex pub.cis Contributionibus coacta, Regiæ M.tis voluntate consciis et consentientibus dominis Consiliariis, ad pub.cam ha: rum terrarum vtilitatem expensa est, quasi rationem exigant consiliumq3 et factum Regiæ M.tis simul cum dominis Consiliariis aliorsu interpretantes, ipsam Regia M.tem vel certe dominos Consiliarios in suma omniu inuidiam et odiu conyciant et quidquid tandem ea pecu: nia factum sit se consciis fieri debuisse dicant. Quam ipso: rum petulantiam R.ca M.tas non solu demiratur, sed etiam fert vti merito debet indignissime, cum conueniat eos po: tius tacitos et minime curiosos, Regiæ suæ M.tis et domino: ru consiliarioru de salute ac tranquillitate pub.ca cu: ram et sollicitudinem approbare. Quam ob rem hortat'

D.nes vras Regia M.tas vt quoscumque inter se tam intem:perantis linguae pro certo compererint de his suae M.ti dilig:ter perscribant. Regia vero M.tas inibit rationem quo mo:do ista illorum proteruia malo ipsorum coherceatur.

Postremo scit M.tas Regia non paucos esse inter dominos Consiliarios qui priuata sua comoda atque negotia pub.cis preponunt et ad comunes terrarum Prussiae Conuentus vel non adsunt: vel si adsunt antequam legittime hi peragan:tur domos suas dilabuntur offitii sui obliti. Quare iu:dicat M.tas regia esse operepretium si publico d.num vrarum consensu fiat ac decernatur vt aliquid mulctae luat quisquis nulla necessitate magna et euidenti impeditus ad comunem consessum aut non veniat prorsus. aut non:dum peracto solutoque discedat. Id si d.nes vrae constituerint Regia M.tas diligenter exequi curabit. Sic fiet vt freque:tiora et celebriora atque ob id etiam vtiliora in comune sint pub.ca ista Comitia

Haec sunt quae a R.ca M.te domino nro clemen.mo ad d.nes vras vt referrem in mandatis habeo. De quibus omnibus ita d.nes vrae consultabunt et constituent vt reip.cae fidem et voluntatem. Regiae vero M.ti operam et dilige:tiam suam probare possint.

Apud solos Consiliarios Prussiae et nunctios maiorum Ciuitatum: Legatus regius haec aget.

Nouit M.tas Regia inter d.nes vras quarum consilio ma:ximas quasque res ad publicam terrarum Prussiae vtilitate

instituere solet esse quosdam, qui se de more nondum sacramento atque iurisiurandi religione in hoc consilium obstrinxerint, eoque fieri suspicatur ut secretiora consilia quedam que preterea neminem scire oportebat euulgétur. Itaque vult omnino atque imperat ut quicunque siue Consiliarius siue Nunctii Ciuitatum maiorum eiuscemodi iusiurandum hactenus non dederint: hoc tempore dent in consessu d. vrarum secundum eam que est in lris regiis inclusa formulam. Cuius rei me quoque Rẽa mtas suo nomine testem et inspectorem esse iussit. Monetque d. vras omnes pariter et hortatur ut súma cura atque diligentia fidem archanorum que hic geruntur atque instituuntur seruent. In quo facient d.nes vre offitium suum et regie Mti rem gratam.

Sigismundus primus Rex Polonie
Gedanensibus

FAmati fideles dilecti. Sic res et rationes Prutenicarum ditionum nrarum postulare videntur ut Ser.mo Electo Regi Danie domino Christiano aduersus hostes ipsius, opem ferendam esse existimemus. Sunt enim illarum rationes cum Danicis vehementer cómnexe, et speramus eundem Ser.mum Regem pacatis rebus suis et regno stabilito, memorem et gratum fore de acceptis opportuno tempore benefitiis, vicissimque aucturum esse cómoda nostrorum hominum. Quod cum vra maxime referat quibus in mari et in regno Danico plurimum rei atque negotii est et idem Ser.mus Rex a nobis petiuerit ut se adiuuaremus, efficeremus ut ipsi vos aliquot

Naues instructas in auxilium mitteretis, tamen uniuersam eam deliberationem et quid facere velitis ea de re arbitrio vro permittimus. Quod si ea sententia voluntasqz vra fuerit vt omnino suppetias eundu esse censeatis, lubentibus nobis id feceritis. Vilne xij. junij.

Sigismundus primus Rex Polonie
Primoribus Prussie Consiliarijs

Rndi in Chro patres et Magci sincere nobis dilecti. Etsi consuluerunt nobis S. vre Ser.mum electum Regem Danie non esse destituendum et nobis qzo consilium id probatur, eo quod multum rei atqz comertij nris hominibus cum Danis et Holsatijs esse solet, et confidimus eundem Ser.mum Regem qum regnum suum pacauerit stabiliueritqz non immemorem beneficiorum, vicissim subditis nostris comodaturum esse: tamen ne quid inscijs et inuitis S. vris fiat, nolumus absqz consilio S. vrarum quicqz constituere: mittimus ergo ad S. vras lras quas ad Gedanen ea de re scribi iussimus, vt si videbitur S. vris itidem atqz nobis ferendum esse auxilium, transmittatis eas ad Gdanen. Scribimus autem eis in hanc sententiam vt qum idem Ser.mus Rex a nobis petiuerit vt sibi opem feramus et apud Gdanen idem vt obtinere possit adiuuemus, quanqz id nobis probatur, tamen ipsorum arbitrio totum id integrum relinquamus. S. vre bene valeant. Vilne xij junij. M D xxx vi°.

Literę pro Conuentu terrarum Prussię

Sigismundus primus Rex Polonię
Consiliariis terrarum Prussię

M[A^cet] R[en]^de in Christo pater: sincere nobis dilecte. Ad bina iam Comitia terrarum Prussię misimus: qui usus et ingruentes periculorum metus in medium nostro nomine proponerent ut eis cōmode atque tempestiue cōi omnium ordinum consensu et consilio obuiam iri possit: sed hactenus tamen nihil est effectum neque constitutum detrectantibus et causas more nectentibus Legatis Ciuitatum et hominibus equestris ordinis. Nunc itaque ne idem usu ueniat et comperendinatio ista mali atque periculi (quod omen Deus auertat) aliquid afferat indicimus generalia Comitia terrarum Prussię Elbingi ad festum sancti Michaelis proximum. idque cōmoditatem loci sequuti. propterea quod sunt quidam Consiliarii qui partim propter ingrauescentem ætatem: partim propter aduersam ualetudinem Grudentum se conferre non possent, atque ut pub.^co omnium consensu quicquid decerni debebit decernatur, constituimus etiam ac decerni et promulgari iussimus particulares districtuum conuentus. Hortamur itaque f. tuam utrique ut Conuentui intersit: tam particulari in suo districtu quam uniuersali, deque his rebus quas ex repub.^ca esse existimabit. quęque a Legato nrō proponentur in medium consultet: factura offitium suum. Quę bene ualeat. Vilnę XXI Julij Anno domini M D XXX vi^to. Regni nri anno XXX°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Palatinis Prussie

MAg.ce sincere nobis dilecte. Cum generalia Prutenicarum ditionum Comitia Elbingi ad festum sancti Michaelis proximum instituerimus celebranda, volumus etiam prius particularem Conventum tractus atque Palatinatus Culmen. / Pomeranie / Marienburg. feria H haberi. quocirca iniungimus S. Tue ut eum Conventum ubique in Palatinatu suo tempestive indici atque promulgari iubeat et ipsa quoque ei intersit et presit: factura offitium suum. Que bene valeat Vilne XXI. Julii. Anno domini M° D XXX VI. Regni nostri Anno XXX°.

Sigismundus primus Rex Polonie
ad Capitaneos Prussie

MAg.ce
Generose sincere nobis dilecte. Bina iam Comitia in terris istis a nobis indicta, nullo pene exitu conclusa et absoluta sunt, nihil enim in eis pro bono et comoditate publica, nihil pro defensione et necessitate illarum terrarum (si qua vis subita ingruat) statutum est. cui rei tum studiorum et voluntatum varietas: tum quedam etiam cause obstiterunt. Quare tertio iam ea ipsa Comitia ad diem divo Michaeli sacrum Elbingi indicenda esse putavimus. que certis de causis a Gen:

dziancz illuc transtulimus. Et vt comuni omniu decreto quod ad pub.cam vtilitatem pertinet statuatur, particularem quoqz Conuentu Derschouic qui Comitia generalia precedet ad feriam secunda post festu diui Egidii statuimus vbi Nobilitas quomodo obuiandu sit impendentibus periculis consulet. Nuntiosqz cum plena ad quiduis consentiendu potestate ad Comitia generalia deliget. Quare S. tue mandamus vt Comitia ipsa particularia in Ciuitatibus Cap.lus sui publicari et ad notitiam omniu deduci vt moris est faciat, ipsaqz etia vtrisqz Comitiis intersit, ac pro offitio suo prouideat, vt et a Nobilitate, et a Ciuitatibus minoribus Nuntii viri digni et rerum periti ad generalia Comitia deligant. Factura pro offitio suo. Vilne xxij Julii M.D.xxxvi.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ad Ciuitates Prussie

Famati fideles dilecti. Binis iam Comitiis a nobis in terris istis indictis, nihil coi vtilitati nihil impendenti periculo et necessitati prospectum est, variis tum studiis et voluntatibus: tum etiam Legatis ciuitatum et ordinis equestris mora sua negotiu impedientibus: quare vt iam tandem comuni omniu decreto aliquid quod terris istis ex vsu sit statuatur: Comitia generalia Elbingi ad diem diuo Michaeli sacrum indicenda esse putauimus que e Grudziancz opportunitatem loci sequuti illuc transtulimus: particularem vero Conuentum in Grudziancz, vbi omnibus ex ordine equestri consultandi malisqz imminentibus prouidendi potestas erit

ad feriam secundam post festū sancti Egidii proximā statui:
mus. quare vobis mandamus vtrisqꝫ Comitiis vt intersitis
consiliaqꝫ vr̃a ad cōmoditatem et necessitatem pub.cam
accōmodetis. Sic et non al'r factur pro debito nr̃o et
gracia nr̃a. Datum Vilne xx ii Julii. Anno domini
M D xxx vi^to^.

Legatio Regie M^tis^ ad Comitia Prussie in Comitiis Elbingen' congregatis

Salutabit primū Legatus, Regie M^tis^ nomine, omnes qui
in Comitiis de repub.ca in mediū consultaturi aderunt
et regiam graciam eis deferet. Deinde in hanc sententi:
am regia mandata exponet.

Nemini obscura sunt improba Cruciferorū molimina, qui
cum complures annos omnia tentassent, et in eam cogi:
tationem penitus toti incubuissent, vt Regie M^tis^ ditiones,
insigni aliquo malo et clade afficerent, et vexarent, et Du:
catum Prussie quem iniuste quondam a se vsurpatum, a
Regia M^te^ recuperatū, et sibi ereptum dolent: rursus
in potestatem suam redigerent: nunc tandem occasio:
nem satis cōmodam et luculentam ad eam rem nacti sibi
videntur: freti quibusdam Principibus, qui in propinquis
locis bella gerenda susceperunt: Conspirarunt enim et
rationes consiliaqꝫ sua cum illis coniunxerunt, quo facilius
vtriqꝫ conatus suos coadunatis viribus perficiant, aggressiqꝫ
iam certo fuissent quod machinantur, nisi fortuna vel poti:
us Deus hactenus conatus eorum impediuisset retudissetqꝫ.

Verum omnem iam tandem moram rumpere statuerunt, et quod Regia M.tas compertum habet, in hoc sunt, vt primo vere appetente, aut certe quum oportunissimum iudicauerint, infesta signa in Prussiam inferant, tanto quidem validius, quanto maiori spatio temporis id bellum meditati bene subductis rationibus firmatisque viribus tantum facinus inceptare videntur, quantoque minus nostrates ad excipiendam impressionem et impetum suum reprimendum et frangendum paratos esse intelligant. Nam si contra, d.nes vras omnia prius bene prouisa et ad resistendum expedita esse nossent, facile aut ab incepto fuissent deterriti: aut permultum de studio isto et alacritate sua remisissent et elanguissent. Nunc quo minus a d. vestris binis iam Comitiis certa nobis ratio inita et constituta sit ad arcendam vim hostilem, quid in causa sit, et quis ei rei author sit, non satis cognitum et compertum habet Regia M.tas. Nam in se quidem nihil desiderari passa est: fecit offitium suum in eo: quod d. vris, (ijs de rebus, missis Legationibus, et per lras etiam commonefecit, ac hortata est: vt de pub.co omnium ordinum consensu quid fieri oporteret decernerent ne imparatis ex improuiso aliquid magni mali se se offerret.

Itaque nunc etiam tertia indixit Comitia in hodiernum diem, in quibus instituendis diligenter prouidit, ne quid excusationis neu quid morae rebus tam necessariis a quoquam afferri posset. Vult enim omnino nihil praetermissum esse quod ad salutem atque tranquillitatem harum ditionum suarum pertineat. hortatur ergo d. vras etiam atque etiam, constituant hic inter se ac decernant, quonam pacto impendentibus istis periculis obuiam iri possit.

Deinde vt de ijs quoqz rebus certi aliquid statuant quę res suę M.tis nomine in preteritis Comitiis Mariemburgen. in mediũ propositę sunt.

Preterea quũ plereqz Ciuitates minores querantur, omnes sibi victus parandi rationes precipi ab hominibus equestris ordinis, et subditis eorum, qui propter antiquã et legis vice receptam consuetudinem, ceruisiam in pagis atqz tabernis suis coquant, et externis etiam nedum suis diuendant, id quod ante non nisi in opidis fieri solitum sit: de ea quoqz re Regia M.tas hortatur vt d.nes vrę quid factu opus sit consiliũ inter se capiant et quod ex repub.ca fore videbitur decernant.

Ad hęc, quũ exactiones ex quę postremę decretę erant nondum totę sint exactę neqz thesauro annumeratę, exactoresqz quamuis iussi a R.ca M.te nondum tamen rationes reddiderint: vult ipsius M.tas et mandat ne eam rem diutius comperendinent, sed vt in hoc conuentu dominis Consiliariis rationes omnino reddant.

Postremũ illud Regia M.tas d.nibus vestris renunctiari iussit: indixisse se generalia Regni Comitia Cracouiam ad festum omniũ sanctorum: tum propter alia quędam ardua negotia: tum propter istos periculorũ metus quę Prutenicis ditionibus a Cruciferis impendent, vt si qua vis ingrueret vno consensu et consilio coniunctisqz viribus absqz negotio hostibus resisti possit. Quocirca vult Regia M.tas et hortatur d.nes vras vt ijs Comitiis si minus omnes, certe domini Consiliarii intersint, aut si ne ij quidem omnes interesse possent, vt saltem aliquot ę suo ordine cum mandatis allegent qui consilia

sua de rationibus Prussie cum dominis Consiliariis regni conferant.

In his omnibus nauiter atqz diligenter exequendis perficiendisqz facient d.nes vrę offitiu suu, et vt se fideqz in rempub.cam sua, et obseruantia erga Regiam M.tem dignu est. Id quod Regia M.tas vt grato accipiet animo sic memori et propensa voluntate graciaqz regia D.bus vestris omnibus et singulis compensare non posthabebit.

Sigismundus primus Rex Polonię.
Alberto Duci Prussię Marchioni Bran:
deburgensi

Ill.ris princeps Nepos char.me Cruciferos Liuonien omni ope conniti et moliri vt nobis Ducatum Prussię reliquaqz in eadem prouintia interuertant: etiamsi non acciperemus alicunde, procliue tamen id esset conijcere. Itaqz ergo cauemus sedulo ne quid inopinantibus damni dent et incomodi. Quanqz confidimus non processuros esse conatus ipsorum improbos. neqz enim aspirabit ceptis eorum Deus, cuius legem atqz religionem contaminarunt. neqz vero, si quid juris haberent merito id suo ordini à quo desciuerunt recuperare possent. Nunc quu alienum ius vi armisqz vsurpare sibi conent.,, et Christianam remp.cam quam defensam ab illis esse oportuit perturbent: sperandu est non successurum hoc illis esse ex sententia.

Iter istud ad quod se Ill.e vra accingit, optamus vt

faustum sit ac prosperum confidimusq; Ill. vram in eo eas res acturam et confecturam esse que res ipsi Ill^ti vre primu deinde Ducatui Prussie postremo nobis et vniuerso regno Polonie bono future sint. Quod vt diligenter curet Ill. vram hortamur et postulamus. Illud quoq; qua sumus animi propensione erga Ill. vram memorem alioqui et prudentem admoneamus si longius iter ingressura est, diligenter vt saluti et incolumitati sue prospiciat, memor temporu istorum quibus homines fere que libeant licere sibi existimat memor et proscriptionis istius siue banni Casarei.

Filiam nostram char.^ma Coniugem domini Joachimi Marchionis Brandeburgen principis Electoris Ill.^ti vre velut sororem diligenter comendamus, petimusq; ab Ill^te vra, vt ipsius comodis atq; dignitati quoad comode fieri poterit apud virum ipsius inseruiat. Nos vicissim Coniugem et filiam Ill. vre sedulo tenebimur, et quibuscunq; rebus poterimus adiuuabimus.

Quod attinet ad judeos Posnanien reieccimus id negotiu ad generalia regni Comitia quo amplius deliberati cum consensu et consilio omniu ordinu de ijs quid factu opus sit constituamus: cupimus Ill.^tem vram bene valere. Vilne xxx^a Septembris M^o D xxx vi^o.

Sigismundus primus Rex Poloniȩ
Ottoni Henrico Palatino Rheni

Jll^mis Princeps etc. Cum primum grauissima regni nri negotia de quibus hic nunc cum vniuersis ordinibus indictis Comitiis consultamus explicassemus, et otii plusculum nacti essemus Jll^ti vrȩ vna cum fratre significare id statueramus, vt tum demum quum liberet ad nos venire possent. Sed quum Jll. vra eo non expectato iam iter ingressa est optata nobis veniet, vt eam necessitudinem quȩ inter nos arcta est mutua consuetudine confirmemus. Et quanquam regnum nostrum omnibus ita patens ac peruium est, vt liberum cuiquam sit ingredi et exire: tamen Jll^tis vrȩ postulationi morem geramus dabimus ei fidem per deductores qui Jll. vram in ipsis finibus regni nostri expectabunt. Jll^xi quoque Duci Prussiȩ de aduentu Jll. vestrȩ indicabimus. Tametsi existimamus eum imparatum esse sic vt tam cito quam Jll. vra ventura est adesse non possit. Jll vram bene valere et prospero itinere vti cupimus. Cracouiȩ iiij Decembris. M D xxx° vi

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Tercio Pontifici Maximo

est supra

Superiori tempore, cum R.mu dn. do. Petrum Gamratum Episcopum Camenecen. ad Premislien. Epatum euehendu ac transferendu comendassem, dispiciebam diligenter equidem reperire possem inter subditos meos ad quem Camenecensem Epatum ex re mea publicaque deferrem: qui eum honorem cu dignitate ferre et posset et vellet: Recusant enim pleriqz omnes cum propter exiles admodu redditus, tum q ea Diocesis quietis ac tranquillitatis expers, hostium meoru a Christi religione alienoru incursionibus et populationibus semper est obnoxia. Nunc tandem reperi viru honestum virtuteqz et pietate clarum, Ven.lem Sebastianu Braniczski Secretariu et referendariu meu cuius mihi fides et integritas spectata est qui hoc onus subire non detrectet. Cum itaqz S.ti vre ad istum ipsum Epatum Camenecense diligenter comendo, orans vt is facilem benigna atqz celerem expeditione habeat intuitu comendationis mee et prouentuu exilitatis. deinde vt ipsi Sanc.tas vra potestatem faciat Sacerdotia que habet paucula neqz opulenta pariter cu ista Episcopa retinendi, quo comodius atqz honestius munere suo fungi et reip.ce atqz regni mei vsibus inseruire possit. fecerit Sanc.tas vra dignu ea benignitate et clementia qua in sumo principe religionis nostre esse oportet et in Sanc.te vra esse non dubito.

Ego vero debita reuerentia et obseruantia mea erga San:^te vrãm et sacro sanctam sedem App.^cam admitar vt ne quando ingratus inueniar. Quod reliquũ est cupio San:^ctitatem vrãm vt Deus opt: Maximus longũ sospitem et secundis rerum successibus amplissimã bono reip.^cae Christianae conseruet. Vilnae xi Januarii. M D XXX vi°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Hieronimo de Ghinutiis Cardinali

R.^me etc. Prolixe nobis gracias egit R.^mus dominus Epus Plocen̄ q̄ se in negotiis eius, apud sacro sanctam sedem Apostolicam conficiendis magnopere a d.^ne vr̄a R.^ma adiutum esse diceret idq3 nr̄a causa cumprimis nempe q̄ id nos a d.^ne vr̄a R.^ma petiuissemus. Itaq3 et nos vicissim magnam habemus graciam d.^ni vr̄e R.^me q̄ tanti fecerit cōmendationē nr̄am vt in adiuvando domino Episcopo Plocen̄ non grauatim omnia fecerit. fecit enim in eo d.^o vr̄a R.^ma insigni sua et heroica virtute que ab omnibus passim predicatur dignū, q̄ eum hominem adiutū voluit, qui nobis ditionibus nostris et reipub.^ce Ecclesiastice hic apud nos magno est cōmodo et ornamento. Deinde eum sibi benefitio suo d.^o vr̄a R.^ma obligauit. Nos quoq3 quibuscunq3 rebus et offitiis poterimus libenter testatū faciemus. q3 gratum nobis hoc sit quicquid d.^o vr̄a R.^ma in dominū Epūm Plocen̄ nr̄a causa contulit. Quod vt deinceps q3 eadem voluntate facere pergat D.^nem vr̄am R.^ma rogamus maiorem in modū. Quam longū saluam incolumem et fortunatā esse cupimus. Vilne XXIIII Augusti. M D XXX VI.º

Sigismundus primus Rex Poloniae
Paulo tercio Pontifici Maximo

B. Catf.me Pater obseruantiam meam et studia promptissima cum osculo beatorum pedum S. vrae imprimis reuerenter defero. Retulit mihi Rev.dus dominus Joannes Choienski Epus Plocen. optatam se tulisse a S. vra eam graciam qua ipsi potestas facta sit omnium sacerdotiorum, quae sane pauca sunt in sua Diocesi conferendorum, quoad Sanc.ti vrae videretur. De altero vero postulato suo atque meo pariter quo illius potestatis fierent nonnulla alia sacerdotia in aliis Diocesibus usque ad certam aestimationem, repulsam se passum esse, quum esset bona spe preditus, quod istinc accepisset S. vram id quoque facturam se esse promisisse. Itaque in altero nihil certi est quod a S. vra obtinuerim in altero prorsus irritae fuerunt preces meae. Nam in illo quod adiectum est quoad S. vrae videretur, illud inest ut S. vrae quum libeat et quoties libeat abrogaret eam graciam et irritam facere liceat. In hoc altero illud apparet S.tis vrae voluntatem aliquorum hominum instinctu mutatam esse. Ex utroque certe liquet parum ponderis habere apud S. vram commendationem et postulata mea: quod in aliis quidem aequiori ferrem animo. Dum vero pro eo postulato qui ingenium et virtutem suam multis, mihi fidem et obseruantiam, reip.cae vero non solum regni mei: sed et Christiani orbis universi charitatem vigilantiam et prudentiam et probauit et probare deinceps sedulo studet, hic non

possum satis mirari nullius momenti esse meas petitiones quas non magis ad illum q̃ȝ ad me pertinere iudico. Neqȝ enim is tam sua causa q̃ȝ mea et regni mei cuius administrandi partem non minimam in eo positam esse volui. magnam hominum omnis generis sed imprimis ingenio doctrinaqȝ preditorum cateruam alit, quorum usibus de suo cómode prospicere non potest. quum et redditus non amplissimos et paucula sacerdotia minimeqȝ opulenta in sua potestate habeat. Quare iterum atqȝ iterum peto a S.te vrá, primum, vt quam ei denegauit graciam sacerdotiorum in alienis Diocesibus quorum ius ad S.tem vrám pertinet conferendorum eam nostra causa et reipub.ce Christiane, cui is perutilis est turbulentis istis temporibus prestet, Deinde vt eam qua ipsi sacerdotiorum in sua diocesi potestas facta est certiorem firmioremqȝ faciat nimirum exclusa omni retractatione aut quo ad viuet aut certe quoad Plocen. Episcopus futurus est ratam atqȝ stabilem esse iubeat. Quod vtrumqȝ a S. vrá facile impetratum iri confido. Quod si fiet ego me sic vicissim comparabo vt quoad potero nihil sim Sanc.tis vré gracia facere recusaturus cui diuturnam salutem et fęlicitatem cum vtilitate et incremento reipub.ce Christiane coniunctam ex animo opto meqȝ et ditiones meas diligenter cómédo.

Cracouię xii Decembris

Sigismundus primus Rex Polonie
Hieroniimo de Ginutiis Cardinali

R.me etc. Gracias apud nos egit P.ti vre R.me R.mus dominus Jo. Choienski Episcopus Plocen. de summa voluntate cura atque diligentia quam istic P. vra R.ma in conficiendis negotiis eius apud S. d. nostrum quum ipsius causa tum propter nostram commendationem prestitit. de quo et nos magnam habemus graciam P.ti vre R.me, relaturi etiam quum oportunum fuerit. Sunt enim nobis cure res illius ipsius domini Episcopi propter eruditionem integritatem et prudentiam eius singularem: quibus rebus ita se nobis probauit vt permultum iam tempus ipsius opera in maximis nostris et regni nri negotiis vtamur quanque ea que pro ipso postulauimus non magis illius quam nostra interest vt obtineantur. Nam quorum is sacerdotiorum conferendorum potestatem fieri sibi cupit. in hoc cupit vt ad eos deferat. quorum vicaria opera non tam in suis quam in nostris et reipub.ce negotiis vtatur quos non paucos esse oportet. verum ea postulata miramur nos ex sententia nra a S. dno nostro impetrare non potuisse. Nam quod illi omnium sacerdotiorum in sua diocesi potestas facta est quamdiu Sanct.mo domino nostro videretur, in eo nihil certi neque firmi est. Poterit enim id quum libuerit ab eodem a quo concessum est retractari. Alterum vero, nempe vt in aliis quoque diocesibus ad certam estimationem sacerdotia quibus vellet conferre posset. quum promissum esset prestitutum non esse demiramur. ac dolemus in

in eo plus valuisse quorundam leuissimorū et improborum hominū qui factis suis effecerunt vt ad ditiones nostras vnde orti sunt tuto reuerti non ausint persuasiones atq3 susurros. quam nostram cōmendationem et rationem regni nostri. atq3 adeo Ecclesie Catholice cui dominus Epūs Plocen̄ pariter cum ijs quorū causa laborat tuende et ornande studet. habenda sane esset et temporū istorū ratio. quibus homines multa ad que prius conniuebant fieri indigne ferunt. Quocirca postulamus etiam atq3 etiam a P.te vrā R.ma vt que semel cepit gracia persuasione atq3 diligentia sua apud Sanct.m dominū nostrū primo quoq3 tempore perficiat vehementer nobis in eo gratificatura. Quam longiū saluam et fortunatam esse cupimus. Crac̄ xii Decembris M D XXX vi.

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardinali Protectori

R.me D. Scripseramus aliquot exactis Mensibus ad Sanct.m Dominū nostrū postulantes vt R.ndo Do: Joanni Choienski Epō Plocen̄. cuius opera atq3 consilio in maximis rebus vtimur potestas fieret. primū omniū sacerdotiorū in ipsius Diocesi que sane pauca sunt quorū collocandorū ius ad sedem Apostolicam pertineret. Deinde in alijs q3 Diocesibus quorundam, atq3 ea negotia P. vrē R.me diligenter cōmendaueramus. Nunc retulit nobis idem dominus Episcopus Plocen̄ eorum quidem sacerdotiorū que in sua Diocesi essent factā sibi esse potestatem quo ad Sanct.mo domino

visum esset. Alterum vero quod postulaueramus, quum promissum esset usque ad certum quendam modum, non esse tamen perfectum, persuasione quorundam infime sortis ac turbulentorum subditorum nostrorum, qui sic de nobis et regno nostro meriti sunt, ut reuerti eo unde orti sunt non ausint. In quo utroque parum valuisse preces nostras non moleste ferre non possimus, quum et nihil iniqui petamus, et tanta sumus in istam Sacrosanctam sedem Apostolicam obseruantia, quanta non multi principes Christiani hoc tempore, neque satis mirari possumus adeo patere istic aures improbis susurronibus veteratoribusque. Deinde in illo quoque altero nihil certi inest quum liceat quoties libuerit quod concessum est eidem qui concessit retractare. Quod cum ita sit quumque impetrari hec non magis domini Episcopi Plocen. quam nostra et regni nostri quibus ille seruit pariter cum iis ad quos ea sacerdotia deferre cogitat intersit, iterum easdem res diligentius a Sanct.mo domino nostro petimus, nempe ut domino Episcopo Plocen. ea gracia quam in sua diocesi obtinuit dum viuet aut certe dum Plocen. erit Episcopus rata et firma sit et ut in aliis quoque Dioc. ius habeat nonnullorum sacerdotiorum conferendorum. Que res permultum nostra quidem sententia etiam ad tuendam et amplificandam orthodoxam religionem et publicam tranquillitatem pertinet. Nam do.s Episcopus Plocen. quemadmodum ipse usibus reip.ce Christiane se se libenter impendit sic ea sacerdotia in idoneos viros collocaturus est procul dubio, qui moribus atque doctrina sua magnum operepretium in religione Christiana facturi sint, a vestra quoque P. vestra Re.ma postulamus ne conquiescat donec eas res

nobis studio diligentiaque sua perfecerit. Erit id nobis magnopere gratum. Quod reliquum est cupimus p. vrám Rc.ma sospitem et fælicem esse. Cracoviæ xii Decembris. M.D.xxxvi.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Paulo Papæ Tercio

Beatissime pater. Petiui a Sanc.te vrá superiori tempore vt Rcn.dum do. Joannem Latalski Epúm Crac. questorem siue collectorem constitueret in ditionibus meis eius pensionis quam denarium sancti Petri vocant quę mihi in eum vsum, vt mihi arces atque munitiones finitimas presidiis aduersus crebras hostium Christiani nominis in regnum meum incursiones muniendas exædificarem collapsasque restaurarem, ab eo cui S. vrá successit, donata est. cuius donationis tempus definitum nondum elapsum est. hactenus tamen certi nihil ea de re à Sanc.te vrá habeo. Quocirca iterum rogo S. vrám vt id munus eidem domino Rc.mo Episcopo Crac. diplomate suo deleget ne quid in ea re mora detrimenti afferat. In quo fecerit mihi S. vrá magnopere gratum. Cui me atque ditiones meas venerabundus etiam atque etiam cómendo ac diuturnam salutem et prosperrimos quosque rerum successus cum salute reipub.ce Christianę coniunctos opto. Cracoviæ 4. Decembris M.D.xxxvi.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Paulo tercio Pontifici Maximo

Beatissime pater qua beneuolentia quoue honore Legatum S. V^re^ qui huc ad indicendum Concilium missus erat acceperim non arbitror operepretium esse vt S.^ti^ V^re^ describam. ex ipso enim Sanc^tas^ V^ra^ cognoscet. jllud certe pretermittere non possum. fuisse mihi studio vt declarem quanti istam sacrosanctam sedem Apostolicam et S. V^ram^ ipsius presidem faciam. Porro comisi isti ipsi Legato que meis verbis S. V^re^ referret de ijs rebus in quibus non contemnenda pars tranquillitatis ditionum mearum vertitur. Itaque peto a Sanc.^te^ V^ra^ vt in ijs ei fidem habeat. In quo fecerit mihi S. V^ra^ pergratum seque dignum. Quam longius sospitem et omni felicitate cumulatissimam esse cupio. Cracouie ix Decembris Anno M.D XXX vi°.

Fatuitas Odrowasz cõtra Regem

Sigismundus primus Rex Polonie,
Andree Cricio Archiepiscopo Gnesnen
Petro Gamrato Epo Premisliensi
Petro Gorinski Palatino Masonie

Rme etc. Postularunt a nobis Illris Anna Dux Masouie et Magcus Stanislaus Odrowąsz Palatinus Podolie, q velint inter se matrimoniu contrahere, vt eis ad eam rem assensu preberemus. Itaqz non gravatim assensi sumus, q intelligeremus vtrisqz vtriqz cordi esse. quoniam autem sumus tutores Illris Anne, velemus ei bene prouisum esse. Damus ergo id negotii Sti tue vt constituto die cum R. d. etc et etc. et cum istis sponsis vniuersu hoc negotiu secundu mores et sanctiones regni nostri componat et perficiat, maxime quod ad dotis collocationem a Mago Stanislao in bonis suis facienda attinet secundum prescriptum id quod ad S. vras mittimus. ita tamen vt quid addendu vel demendu videbitur, vro omnium arbitrio addatis dematisue. deinde vt S. tua nuptias presentia sua nostro nomine veluti consiliarius noster cohonestet. In quo fecerit nobis S. tua pro sua in nos obseruantia rem gratam. Que bene valeat. Vilne v. Februarii M D. XXX vio.

Informatio contrahendi Matrimonii inter Illtrem dominam Annam Ducem Masouiae et Mgcum Stanislaum Odrowash Palatinum Podoliae

PRimum omnium domini Consiliarii quibus datum est negotium transigent et consitituent cum Magco domino Stanislao Odrowasch Palatino Podoliae, vt is dominae Duci, dotem et donationem propter nuptias, vt ius et mos est in Regno, collocet et inscribat in dimidia parte omnium bonorum suorum: sed in ea dimidia quae priori vxori obligata non est: atque eam tamen dimidiam partem in qua dos et donatio propter nuptias collocabitur, ab omnibus inscriptionibus et obligationibus liberam et immunem praestet.

Deinde vt eam collocationem atque inscriptionem faciat Varscheuiae coram Magistratu terestri cuius id interest. Praeterea autem cautionem faciat dnae Duci, et recipiat se istam ipsam inscriptionem translaturum esse ad codicem terestrem sui territorii seu districtus. Poterit autem haec facere mox peractis nuptiis, propterea quod ipsi de dote persoluenda satis cautum est. Neque enim cedere debebit possessione eorum bonorum quae domina Dux habet in Masouia quo ad usque dotem acceperit.

Dos vero erit decem millia aureorum Hungaricalium quae ipsi Cracouiae feria secunda post Dominica Letare proxima a Magco dno Thesaurario Regni annumerabuntur.

Quę cum acceperit et in bonis suis vti supra dictum est collocarit et inscripserit, cedet domina Dux omnibus bonis quęcunqȝ possidet in Masouia sed tamen quod ęquum est vernam sementem et alimenta Procuratoribus atqȝ familię quę satis sint ad nouas vsqȝ fruges relinquet.

Nuptiis transactis et inscriptione dotis facta: debebit domina Dux marito presente et assenciente coram Magistratu terrę Varschouien' renuntiare vniuerso iuri proprietati et successioni, suę sibiqȝ pro sorte sua tam paterna qȝ materna et ratione Ducatus Masouię a Regia M.te prorsus satisfactum esse profiteri.

Postqȝ hęc conuenta et transacta erunt celebrabuntur Nuptię quas idem domini Consiliarii velut allegati a Regia M.te presentia sua cohonestabunt.

Postremo illud eorum fidei atqȝ prudentię permissum sit vt quod operepretium esse censuerint ad ea quę supra perscripta sunt arbitrio suo adijciant vel etia inde demant.

Quonia autem magna est difficultas in consequendis aureis recipiet dominus Palatinus Podolię pecunia Polonica pro singulis aureis quadraginta quinqȝ grs: sic enim nunc aurei Hungarici qui iustum pondus ~~aestimantur~~ habent estimantur

Andreas Cricius Archiepus Gnesnen
Bona Reginae Poloniae

Sacra M.tas et domina domina mea clemen.ma Humillima mei comen.em Mitto vre Sacre M.ti exemplum literarum quas scribimus M.ti regie de transactione matrimonij hmi Ducis ex quibus intelliget vra Sacra M.tas quid in instructione nobis data noxium omnibus videatur, super quo deliberare paulo diligentius M.tes vre dignentur. Ego negocium nullum maiori molestia et sollicitudine qz hoc tractaui vnqz de quo significabo post hac liberius que expedire videntur, interim nihil est in mora dispendii.

Scribere mihi dignata est vra Sacra M.tas vt scripturas Rx.mi olim domini mei auunculi diligenter conseruare iuberem id ego iam prius sedulo curaui et doctor Borek illas seruare se mihi significauit.

Vide de hoc supra fol. 26 27 28 etc.

Sacra M.tas iam petunt Conuentus ad contributionem statuendam, vra Sacra M.tas dignetur persuadere M.ti Regie vt fiant. Spero qd omnia illa venena de quibus vestris M.tibus per dominum Castellanum Gnesnen significaui facillimo remedio anteuerti et precidi poterunt, si modo M.tas Regia dignabitur sic rem agredi et prosequi quemadmodum significaui. Me Sacre M.ti vre humillime comendo. Varschouie die Cinerum M D XXX VI.o

SAcra M^tas connubium hoc vt initio non probaui quo ad nuptos ita et nunc maxime non probo. aetas et conditio impar: impensa supra facultates ingens. quo vero ad M^tes vras et rempublicam improbare non potui sciens quantum a quibusdam externis (s. dux Masouiae) captabatur. Profecto vicem vtriusque sponsi doleo nec nisi cum summa molestia his nuptiis interfui.

Andreas Cricius Archiepus Gnesnen
Sigismundo primo Regi Poloniae

HVmillima nostri comendacom. Mandato vestrae Sacrae M^tis satisfacientes conuenimus huc Varschouiam ad matrimonium Ill^ris dominae Ducis cum Mag^co domino Palatino Podoliae conficiendum, arbitrantes quod ea quae in Instructione a Sacra M^te vra habebamus iam antehac isthic apud illam condicta et constituta fuissent, maxime cum huiusmodi tractatus, inscriptiones et obligationes non parum multum temporis exposcant. et nos non nisi vnam diem ad negotium tanti momenti transigendum habere potuimus. et eam (s. diem) quidem, in qua omnes plus de munditiis et cultibus in diem crastinum nuptiis designatum quam de vllis aliis rebus erant solliciti. vnde cum hic nihil de hoc prius condicti dispositique reperimus preter magnum ad nuptias conuentum non mediocrem molestiam in tractatibus nostris subire nos oportuit, Vna enim ex parte cauebamus. ne quid nisi iuxta instructionem vrae Sacrae M^tis fieret. licet addendi demendique ea quae operaepretium censeremus facultatem nobis dederit.

Ex alia vero parte metuebamus, ne si quid quod in tam angusto tempore prestare non potuisset nos exegissemus, totus hic apparatus in irritum cederet cum summo dedecore et dispendio.

Erant preterea in Instructione non nulla que nobis dubitationem et perplexitatem quandam faciebant, proinde non confidentes nobis ipsis nihil nisi communicato consilio cum Rx.mo domino Joanne Latalski Electo Cracomien: domino Palatino Lancicien et aliis Senatoribus, qui nobiscum huc venerant aggredi et perficere voluimus.

Primum igitur quod ad obligationem et inscriptionem de dote et dotalitio attinet, nihil hic aliud de iure fieri potuit dote nondum accepta, nisi quod dominus Palatinus Podolie fecit sufficientem fideiussoriam cautionem se domine Duci sponse sue cum dotem acceperit, et quantumcumque acceperit, ac donationem propter nuptias in dimidia bonorum suorum parte aequiualente et libera per omnia ita reformaturum ut de iure firmius securius sufficientiusque debebit, ideo vero additum hoc quantumcumque acceperit quod ipsa domina Dux vellet suppellectilem quam habet taxari et sibi pariter reformari.

Invenimus deinde articulum in Instructione quod postquam reformatio dotis et dotalitii facta esset domine Duci, deberet illa renunciare omni iuri proprietati et successioni quam habuit ad Ducatum Masouie, et sibi de bonis tam paternis quam maternis esse satisfactum profiteri. Qui articulus etsi nondum locum habebat, cum hic ad reformationem faciendam do.s

Pala.s

Palatinus iure cogi non potuit. Nam hoc quod in Instructi:
one fuit sibi de dote satis cautum esse, quod domina Dux
bonis quae tenet cedere non deberet nisi dote accepta, ille
sic ut res est diluit. Bona esse M.tis vrae non dominae
Ducis, concessus illi duntaxat vsus fructus donec in vir:
ginitate viueret, vnde matrimonio consumato iam om:
nis possessio in M.tem vram rediret et varios esse hu:
manos euentus: multaqz inter os et offam accidere so:
lere. Nos tamen et de hoc renunciationis articulo
certi aliquid constituere hic volentes expendimus
illum diligentius, ac reuolutis prioribus actis et Pri:
uilegiis inuenimus non solu non esse necessariu, sed eti:
am per quam indignu et noxiu, siquidem meminisse
potest vra Sacra M.tas, quod inprimis vacante hoc Du:
catu et domina Duce cu vniuersis subditis se in sua
hereditate et successione conseruari petente, decretu
fuit Senatus Varschouiae et ex clarissimis Regni Priui:
legiis et prioribus in hac re transactionibus dominae Du:
ci subditisqz Ducalibus ostensu, ipsam domina Ducé
nihil iuris proprietatis aut successionis in ipso Duca:
tu habuisse neqz illi quicquã aliud nisi prouisionem
decentem, aut dotem cu nuberet deberi. vnde illa
tum solemniter renunciationem fecit Ducatus in cuius
tunc erat possessione: et subditos ab obedientia re:
laxauit, qui aliter iusiurandu M.ti vrae prestare no:
luerunt. Exigere igitur nunc vt domina Dux renunci:
et iuri proprietati et successioni, est rem actam age:
re, testimoniu et notam in libris offitii non obscura
relinquere, ipsam domina Ducem id habuisse quod
non habuit: Decretum Senatus et Priuilegia Regni
iniusta: preberequz illi ansam suspicandi et querendi
sibi vim et iniuria per decretu Varscheuien factã.

Si illa externo cuipiam nupsisset qui decretis. Priuilegiis et iuribus Regni non subesset expediret forte iterum, et ex superabundanti huiusmodi renunciationes et alia id genus fieri. sed a subditis id exigi et superuacaneum et prorsus indignum videtur ex caussis supradictis. suspendimus igitur vnanimi sententia hunc articulum qui alioquin locum adhuc non habebat in deliberationem vrę Sacrę M.tis vt super hoc et aliis instructionem daret domino Thesaurario regni vel cuipiam alteri. vt cum dos illis numerabitur et reformatio fiet illi vicissim faciant id totum quicquid M.ti vrę magis expedire videbitur. Interim ad hoc nulla alia maiori opus est M.ti vrę cautione quam quod et ipsi. et dos. et bona quę domina Dux tenuit sunt in manu et potestate M.tis vrę, potest anteq̃ aliquid accipiant vti melius videbitur. et vt volet illis prescribere. In cuius graciam nos humillime comẽdamus. Datum Varschouię die .1. Marcii. Anno M D XXXVI.o

Instructio secunda de domina Duce Masoviae quae nupserat domino Odrowąsh

In feudo feminam haereditatem et proprietatem nullam habere unde nec succedere posse.

Nullas donationes: alienationes: obligationes facere posse feudatarium absque consensu domini.
Sed neque dotem et dotalitium in feudo reformari posse nisi cum consensu domini.
Quae si facta sit etiam de consensu domini: non durare tamen: nisi ad vitam mariti et uxoris: nisi dominus specialiter concedat ut successio fieri posset.
Filias enim in dote et dotalitio non plus iuris habere quam mater quae ut dotalitium obtinere non potuit sine consensu domini ita nec filiae.

Bona igitur quae domina dux Palatina Podoliae tenet non tenere illam vigore reformationis maternae: quia matri in ipsa reformatione non ipsa sed filii successerunt: filiis vero M.tas Regia, apud quam, etiam si quid iuris ad dotem maternam in faeudo reformatam haberet; nihil plus habere posse nisi ut apud fratres habuit: unde manifeste apparet illam possessionem ipsorum bonorum nullo alio iure seu titulo possidere, quam concessione regia: cuius concessionis Privilegium non se extendere nisi ad tempus connubii quo sequuto mox eadem sine ulla conditione ut ipsum Privilegium testatur ad M.tem Regiam recidisse.

In summa iuditia: transactiones et decreta in hac re Conventum generalium non semel iam esse facta quibus contravenire, subditum presertim, absurdum et periculosum esse. Sic enim omnes Ducatus in quos Regnum diuisum erat ad corpus eius redierunt: licet fratres decedentium Ducum extarent. tantum abest vt sorores fratribus succederent, aut aliquid aliud haberent, quam vel prouisionem vel dotem: sed et id non teneri dominos iure feudi filiabus faeudalium: verum ex gracia id concessum fuisse ipsis in Priuilegio Ser.mi olim Regis Alexandri, respectum haben ad dotem matris importatam. licet pro illa nihil sit in bonis faeudalibus auctum.

Si obijcietur vt nunc illa semper obijcere solet cur M.tas Regia exigeret cessionem iuris proprietatis et successionis eius in Ducatu Masouiae si non habeat: respondendum M.tem suam id non exigere neque opus habere: satis enim superque declaratum est et decisum illam nihil iuris proprietatis et successionis habere in ipso Ducatu, sed Cancellariam cui nondum constat transactiones de hac priores, vt pote quae illis non interfuit, neque acta Cancellariae ibi habet: annotasse id more iuditii terestris Regni, committendo tamen arbitrio Commissariorum in omnibus addendi demendiue prout ipsis rectius visum esset, qui cognoscentes huiusmodi renunciationem non solum esse superuacaneam sed etiam cum Iuribus et Priuilegiis Regni pugnare, eam non exigendam et omnes Consiliarii tunc presentes censuerunt: scientes alioqui huiusmodi renunciationes: pacta et fideiussiones pupillarum, aduersus tutores suos, de iure communi quod maxime ipsi nunc vrgent et allegant irritas esse et inanes pessima tutorum

existimatione de extorquendis ipsarum haereditatibus
qua indignum esset M.tem Regiam in re non necessaria
imo M.ti sue et iuribus Regni noxia notari.

Andreas Cricius Archiepus Gnesnen.
Bone Reginae Poloniae

SAcra M.tas et domina domina mea clemen.ma
Humillima comendacom. Accepi, iam in procinctu iti:
neris, lras vre Sacre M.tis quas vt soleo magna vo:
luptate legi. Scribere dignatur inprimis fuisse potius
vt totum negotium domine Ducis Masouie et eius mariti
Varschouie confectum esset, ne quid restaret quod exige:
re et M.tes vras molestare possent. Clemen.ma mea
domina, ex copia lrarum quam per meum Paulum notarium
misi vra Sacra M.tas clare intelligere potest ipsam
Ducem nihil habere in Masouia, preter bona, que in
vsum fructum duntaxat quamdiu innupta viueret
fuerunt illi concessa, et ad precludendam omnem viam
qua illa pretendere ex huiusmodi possessione here:
ditatem aut proprietatem aliquam ipsorum bonorum
posset, expressum est vt Capitaneus illius, non ei sed
M.ti Regie iuramentum prestaret. haec autem que
acta sunt Varshouie, et illius renunctiatio, de qua pri:
us scripsi non potest vllam habere coactionis et vio:
lentie speciem, cum erat in possessione Ducatus: et
subditi omnes illi tantisper adherebant constantissime,
donec iure conuicti ex priuilegio ipsorum feudali illam
neque proprietatem neque successionem vllam habuisse,

neq̨ habere posse et illa cessit Ducatui, et subditi M.ti Regiæ iusiurandum prestiterunt. Nunc si exigeretur ab illa renunciatio proprietatis: esset non vulgaris confessio illam esse proprietariam et M.tem Regiam iniustum possessorem: illaq̨ quicquid nunc faceret, subdita cum suo marito existens, vim et metum postea allegare posset. non videtur ergo mihi vllo pacto mentio amplius de tali renunciatione facienda. sed bene mihi videtur vt cum M.tes vræ illi vel dotem dabunt vel loco dotis aliquid aliud vt illa simplicem recognitionem faceret sibi de his quæ a M.te Regia ei debebantur esse satisfactum: nam non debetur illi vigore priuilegii feudalis nisi dos: non possunt igr̃ iure quicq̨ exigere. Supplicare autem et petere illis prohiberi non potest sicut et aliis subditis, etiam si decem renunciationes illa fecisset. Ego spero q̄ dominus Odrowasz nihil vel aget vel petet aduersus mentem vrarum M.tum totamq̨ ille spem ponit in omnibus rebus suis in vra Sacra M.te quantum ego ex illo intellexi. proinde omnia sunt in tuto et in manu vrarum M.tum

Quod ad ea non rescripsi quæ vra Sacra M.tas de domino Episcopo Vilnen̄ mihi scribere dignata fuit erat in causa quædam admiratio mea vel stupor potius: sed cum a domino factum sit istud, sit nomen domini benedictum: illum se magis q̨ me et R.mum dominum Cracomen̄ idoneum sibi videri facile eius iuditio permitto. Vestræ autem Sacræ M.ti immensas ago grãs q̄ de me alr̃ quam ille iudicet: et si tale iudicium tantæ principis non mereor neq̨ in me agnosco: quia tamen non potest id nisi a singulari gracia proficisci

me mirifice delectat: et donec viuam vr̃e Sacre M.ti tantam in me benignitatem demereri curabo. Scribo hec tumultuarie inter sarcinulas proinde veniam peto si quid ineptio scribens. Comendo me iterum humiliter in graciam vr̃e Sacre M.tis. Louitii penultima Marcii. M. D. xxx vi.to

Sigismundus primus Rex Polonie
Anne Duci Masouie Coniugi Stanislai
Odrowash Palatini Podolie

Mag.ca sincere nobis dilecta. Accepimus cum ex lr̃is Rev.di domini Petri Gamrati Episcopi Premislien. tum longe locupletius ex narratione Cubicularii nostri quem isthuc miseramus: Officiales nr̃os quibus negotium dederamus ademdi possessionem eorum bonorum quorum usum fructum Sin.tis tue tantisper dum nuptui elocaretur concesseramus: a prefectis S.tis tue, iussu eiusdem, possessione prohibitos et repulsos esse. Quod facinus tam audax miramur magnopere: neque aequo ferimus animo S.tem tuam vi potius quam ulla alia ratione aliquod jus suum aduersus nos persequi velle cum facile nobis sit vim vi quod lex nature permittit repellere. Quare monemus et hortamur S. tuam mandet suis, ut nobis atque nostris offitialibus prorsum cedant eisdem bonis que iure nostra sunt. Quod si sponte noluerint inibimus rationem ut inuiti faciant. Porro S. tua si quid ipsi contumelie ea de re factum fuerit id sibi ipsi acceptum feret. Id ne fiat, si sapit prouidebit sedulo S. tua. Que bene valeat. Vilne xiiij Junij. M. D. xxx. vi.to

Sigismundus primus Rex Polonie
Anne Duci Masouie vxori Stanislai
Odrowaxsh Palatino Podolie

Mag.ca sincere nobis dilecta. Demiramur tua Sin.tem tantopere aduersari voluntati nostre et regni moribus atqz institutis vt nos eorum bonorum possessione: que bona iure riteqz ad regnum Polonie atqz ob id ad nos quoqz deuoluta esse nemo est qui merito negare possit prohibeat. Nam quas S.tas tua l'ris suis causas quam ob rem bona hec ad se pertinere putarit, eas plerasqz omnes etiam maritus S.tis tue Mag.cus Palatinus Podolie cum hic esset adduxit in medium. Verum eas nos refellimus luculenter: declarauimusqz nihil amplius deberi S.ti tue quam eam dotem quam S.ti tue adnumerare parati eramus sumusqz etiamnum: que tanta est quanta sorori S.tis tue data est, hoc est x millia aureorum Vngaricalium boni et iusti ponderis. Bona autem illa que S.tas tua possedit tantisper S.ti tue vtifruenda concessimus quam diu virgo esset. cum autem nuptum collocata esset, accepta a nobis dote vt bonis cederet. Quod cum S.tas tua obstinate recusaret dedimus in mandatis offitialibus nostris, vt ea bona veluti nostra acciperent et possiderent. In quo nihil iniurie factum est S.ti tue. Contumelia si qua fuit eam sibi suisqz factis S.tas tua imputet. Prestabat enim S. tuam non vendicare id quod iure obtinere non posset. Quod si S.tas tua postulabit demonstrabimus in consessu Consiliariorum nostrorum: nos quod facimus iure et absqz cuiusquam iniuria facere.

Nunc iterum S. tuam hortamur ne se difficilem hac in re prebeat neue aduersus animi nostri sententiam ius quod nullum habet vi defendere et asserere pergat. ne suo exemplo alios subditos nostros ad resistendum atque repugnandum nobis illiciat. Aliter, si S.tas tua faciet quod volet: pacietur fortasse quod nolet. Cuius rei culpam ne post hac in nos referat. Que bene valeat. Vilne xxiij Julii M D xxx vi^to.

Sigismundus primus Rex Polonie
Stanislao Odrowash Palatino Podo:
lie Leopolien et Samborien Capitaneo

Mag.ce sincere nobis dilecte. Miramur vehementer quid in mentem venerit vxori S.tis tue, mandata vt nostra contemnere et possessiones eas que iure ad nos et regnum Polonie deficientibus Ducibus Masouie pertinent, presidiis aduersus nos firmare ac defendere offitialibus ac subditis nostris hostilitatem denunctiare eosque armis persequi ausit. quod vt non sine assensu S.tis tue inceptari scimus, ita consilio et auxilio atque etiam impulsu ipsius S.tis tue fieri certam capimus coniecturam cum ex aliis rebus: tum quod S.tis tue satellitium in his presidiis est. Nec est quam ob rem tantopere vel S.tas tua vel vxor ipsius spiritus attolat: et impune id sibi cessurum existimet. facilis nobis est et expedita ratio etiam absque armis istos conatus refrenandi et ius nostrum asserendi. Cohibeat ergo S.tas tua velimus suos istos et vxoris sue animos: vti consiliario et offitiali nostro dignum est: et accepta dote: que iam pridem apud Mag.cum Thesaurarium

regni nostri parata est bonorum nostrorum possessione nobis atque offitialibus nostris cedat. Aliter S. tem tua probe ulciscemur, et offitiis[+] primum: quibus eam ornavimus exuemus: irritis factis conditionibus. Neque enim nobis decretum est hanc tam insignem contumeliam qua alii subditi nostri ad resistendum atque rebellandum nobis incitare possent tolerare. Quod si quid S.ti tuae aut uxori ipsius quod nolit usu venerit ne posthac dicant nullo suo merito id fieri. Vilne XX v. Julij M D XXX vi.

+ factum id fuit

Sigismundus primus Rex Polonie
Andree Cricio Archiepo Gnesnen
Petro Gamrato Epo Premisliensi
Petro Gorinski Palatinio Masonie

R̄ Me. Ben.de Mag.ce sincere nobis dilecte. Non ignorat S. tua quo iure ad nos et regnum Polonie Ducatus Masouie: secundum mortem Ducum nulla eorum mascula stirpe superstite devolutus est: factum est tamé singulari benignitate et pietate nr̄a ut ei puelle que sola eius generis erat reliqua: queque nunc cum Mag.co Palatino Podolie nupta est aliquote partis bonorum Ducalium usum fructum relinqueremus: tantisper donec ea virgo esset: ubi vero nupsisset ut accepta a nobis dote, possessionibus illis cederet, qua de re extát consignata a nobis lrārum monumenta: possedit illa ea bona quoadusque anno superiori assensu nostro Palatino Podolie nupsit. Ibi tum uti ius et aequum erat dotem ei per Consiliarios quosdam nostros ediximus quantam soror quoque ipsius accepisset: hoc est decem millia aureorum Ungaricorum: quam ubi vellet

Mag.cum Thesaurarium Regni nostri posceret: bonisq3 illis absq3 mora cederet: simul dedimus mandata ad offitiales quosdam nostros acciperent ea bona: et quod iussissemus ijs facerent: venit interim huc ad nos vir eius Mag.cus Palatinus Podolie petens a nobis vt Coniugi sue sibiq3 bonorum illorum possessionem cocederemus. Id quod nob facere recusauimus quum alijs de causis: tum veriti ne illa concessione regni nri comodis non satis recte consuleremus. Itaq3 quum ille hinc re ob quam venerat non impetrata discederet: dedimus iterum mandata ad officiales nostros bona nostra nostro nomine vt acciperent. Ibi Palatina consenciente et vt veri simile est suadente et adiuuante marito: arcem et predia validis presidiis e satellitio viri sui suoq3 et varia hominum colluuie coactis muniuit: offitiales nros possessionem petentes vi et armis non sine vite discrimine reiecit, magno nostri contemptu: pessimoq3 exemplo vt alij q3 subditi nostri rebellionem aduersus nos moliri non sint reformidaturi. Quod factum tamen tam superbum atq3 temerarium tulimus vt potuimus atq3 eam a cepto suo vt desineret comonefecimus, sed nihil profecimus. Namq3 illa lenitate nostra magis exasperata obstinatiori animo bona nostra aduersus nos defendere et nobis rebellari cepit: offitialibusq3 et subditis nris hostilitatem denunciauit: Ducis Masouie Russieq3 titulum sibi arrogans: cui audatie sue nacta est sotios et adiutores quosdam indigenas subditos adeoq3 etiam Consiliarios nros. Tertium iam, a proposito suo vt desisteret mandata ad eam et maritum eius dedimus adiecta etiam cominatione et pena si iussa facere detrectauerint. Quod si non paruerint faciliis.

quidem et expedita nobis ratio est cohercendi tantam audatiam et rebelles debellandi. Sed tamen scire prius volumus ecquod nobis S. tua ea de re dat consilium quo pacto possessiones nras vindicare et quid auxiliatoribus ipsis eorum facere debeamus. Id quod nobis primo quoqz tempore vt perscribat hortamur. In quo fecerit S. tua offitium suum. Nam de his peccatis quę iam Coninges illi aduersus nos hac in re admiserunt quid facere et qua ratione punire ea nos oporteat: breui cum vniuerso Senatu regni nostri in Comitiis consilium capiemus atqz decernemus. S. tua bene valeat. Vilnę XX VI Julii M. D. XXX VI^to.

Andreas Cricius Archiepus Gnesnen
Bonę REGINAE Polonię

SAcra M^tas et domina domina mea clemen^ma. Humillima mei cōmendacōm. Mitto vestrę Sacrę M^ti exemplum lrārum mearum quibus M^ti Regię de motu Masouitico respondeo. Mittere etiam voluit vrę Sacrę M^ti dominus Lubranski Castellanus Bresten notam eorum quę vidit et audiuit: est enim nunc apud me ex quibus omnibus cognoscet vrā Sacra M^tas qualem ego in hac tragedia me prębeo: quę vt prius scripsi ludus est quando est cum subditis: quę nemini nisi ipsis officit si quid temerarie patrant: quod iam omnes negant et se excusant: licet offitialibus regiis sua non desint testimonia contra illos. quę omnia ex parte vtraqz magis patebunt M^tibus vris cum felic redibunt

redibunt: neminemqz nostrum futurum arbitror qui non modis omnibus consulet eos quos deliquisse constabit puniendos ut audatia seditiosorum, quibus quicquid est z: Jamie debetur, tandem coherceretur nec ad eam cohercionem et ad vindicanda bona occupata opus est armatis copiis: sed duntaxat cartaceis: videbit vrã Sacra M.tas quando ad Conventum citabuntur: si qui delati fuerint vel minima rebellionis nota: quanta erit illorum afflictio: quanta facilitas etiam ad nihilum reducendi et puniendi omnes qui comperti fuerint deliquisse. Nam et nunc post meã ad d. Odrowasz Legationem accurrerunt ad me cum illo hi qui ei magis adherere feruntur: negantes et excusantes se: neqz petendo ut illos M.tibus vris excusarem: quod me negaui facturum: reprehendiqz palam d. Odrowasz qz sine ullo fundamento obstiterit cessioni bonorum, quodqz de cedendo cum M.tibus vris Vilne constituerit neqz id prestitit causando uxorem: caluam prorsus excusationem: obieci et ipsius uxoris litteras et titulos meram insaniam. Omnia excusabat non temerarie neqz malitiose facta scriptaqz ante publicata mandata Regia: allegando de titulo domina Succamerariam Cracovien qz etiamnum vocetur dux Ratiborien sine iniuria alicuius et multa id genus alia que longum et morosum est cõmemorare: ad que omnia adhibebam dominos Palatinum Lancicien et Castellanum Bresten quando quidem nihil nunc sit a calumnia tutum. In sũma sic a me discessit ut et possessionem bonorum dimissurus et nihil non facturus quo lesam graciam M.tum vrãrum recuperare posset: an faciet nescio nihil enim iam vel polliceri vel excusare audeo: tamen si quid secus faciet non alio nisi suo magno

malo et damno faciet. verum arbitror illos nunc melius cernere quam prius: satis enim illis quam vana sit ipsorum persuasio et de iure suo existimatio iam ostendi.

Sacra M.tas dum hec scribo: misit mihi dominus Episcopus Premislien. binas l(itte)ras v(est)re M.tis quarum alteris me pro sua benignitate et in me gracia admonet que mihi sint cauenda: declaratq(ue) persuasum M.ti Regie q(uod) dominus Odrowasz fuerit apud me mox Lithuania rediens quod falsissimum est: nunc primo accurrerat Legatione mea territus vt se, quod prius scripsi excusaret. persuasum preterea M.ti sue, non recte a me Varssouie factum q(uod) non obligauerim nuptos ad cessione(m) iuris et proprietatis ad Ducatum Masouie: de quo etia(m) prius satis rationem reddidi: quare non mihi solum sed et omnibus dominis Consiliariis id visum fuerat non modo non necessarium: sed etiam iuribus regni et bone existimationi regie plurimum officere: miraríq(ue) satis non possum sic persuaderi potuisse sapientissimo principi: vt potius et tutius putet accipere bona pactis aliquibus vel obligationibus de cedendo iuri et proprietati pupille que eam non habet vnde et argui posset illam esse proprietariam: et nihilominus omnia pacta et obligationes quascumq(ue) nobis fecissent, irrite fuissent et inanes non solum legibus Cesareis sed etiam iuribus nostris vt in statutis folio 43. capitulo: Vt viam dubiis precludamus etc. clare continetur: aperiretq(ue) ianua illi alteri in Vngaria repetendi hereditatem et successionem suam: allegando coactionem mariti et alia id genus. quam accipere bona iure suo regio et proprietate, regni sui: more maiorum suorum: ac iuxta l(itte)ras actiones

priores. quando enim pater M.tis suę accepit Ducatum Rauen: et frater M.tis suę Ducatum Plocen: non exigebant ullas cessiones siue iurium et proprietatum siue etiam dotalitiorum maternalium etiam a germanis fratribus qui extabant post decessum ducum qui utique plus successionis habere debuissent quam sorores et plus difficultatis regno facere potuissent quam femellę. Repugnabant etiam illi prius pro sua virili in cedenda possessione sed frustra ut ista: quę nulli incommodat nisi sibi ipsi; quo magis miror eiusmodi resistentiam tanti fieri apud M.tes vras quę et noua non est et solis vadiis ac penis satis superque puniri ac coherceri potest longum esset singula recensere: ex quibus vra Sacra M.tas clare intelligere possit me ut bonum et fidelem consiliarium decet, priuilegia regni, ius et honestatem regiam, bene attendisse et recte curasse, ne non suo iure et proprietate regni: sed extortis cessionibus siue obligationibus quę alioquin nullius essent roboris M.tas sua bona ad se deuoluta accepisse videretur. Nam maiores M.tis suę ut omnem notam vitarent duces istos esse proprietarios, non solum non exigebant ullas ab eis renunciationes sed etiam Ducatus qui deuoluebantur, extincto ducali titulo, in terras et corpus regni sui redigebant, ne qua restaret ansa cuique regnum infestandi siue propinquitate aliqua seu iure quesito. Nam et Germani Ducatum hunc Imperio ascribunt: et talium bonorum non valet cessio et renunciatio sine consensu Cesaris et imperii: quę omnia ego cum hęc residua pars ducatum Masouię ad M.tem Regiam recidit: non semel monui sed frustra. utinam non appareat aliquando meam admonitionem non fuisse vanam. Sed hęc et alia reseruo in felicem redi:

tum vr(a)e Sacr(a)e M.tis : cuius clementi(a)e et patrocinio me interim humillime com(m)endo. Louicii viii Augusti M D XXX VI

CEDULA

SAcra M.tas. Miratus sum valde que mihi vra Sacra M.tas de domino Bilinski scripsit. nam et semper contrarius fuit domin(a)e Palatin(a)e Podoli(a)e et pro iuribus regiis cum omnibus semper decertabat : quem et nunc audio adesse domino Ep(iscop)o Premislien(si) : vtcumq(ue) est verissime scribit M.tas vra : non omni spiritui credendum. si quid secus facit quam debet suo damno facit.

Ceterum com(m)endo vr(a)e Sacr(a)e M.ti preces domini Palatini Lancicien(sis) quas facit pro domino Orlowski ad Castellaniam Conarien(sem). credo en(im) q(uod) ob id tam diu vacet q(uia) non probantur M.tibus vris : qui hactenus sunt com(m)endati : necessarius est iste Castellanus cum alii non resident in terra Lancicien(si).

Supplico humiliter vr(a)e Sacr(a)e M.ti perlegere digneturunum solum capitulum in statutis folio xl iiij de filiabus carentibus fratribus : et expendat vt pruden(tissi)ma princeps quid valerent omnia quecumq(ue) fecissemus Varssovi(a)e obligando nuptos, et quid obstaret quo minus facerent id quod faciunt et quidem iustiori iam ratione et pretextu : cum huiusmodi obligationes illam proprietatem habere testarent(ur) | de reformatione dotis et dotalicii materni satis illis declaraui nihil eis opitulari : quod ex secunda Legatione mea M.tas

vrá cognoscet: nam loco eius assignata est illis dos
sed de his iam plus satis. etiam pro bonis tam pater:
nalibus quam maternalibus non plus exigere potest
vna soror quam alia.

Andreas Cricius Archiepus Gnesnensis
BONAE REGINAE Poloniȩ

SAcra Mtas et domina domina mea clemen.ma. Hu:
millima mei cõmendacõn. Scripsi iam abunde ve:
strȩ Sacrȩ Mti per meu servitorem de isto negotio
Masovitico: ex meisqz Legationibus quas ad illos miptos
feci clare intelligere potest vrá Sacra Mtas non esse quic:
quã quo illi iure subsistere et se tueri possent: omnia
enim iam dudu neqz semel discussa transacta et iudi:
cialr in conventibus generalibus decisa sunt, et in li:
bris continentur: qud vt non omnibus constant, et ar:
bitrari posset aliquis aliquam illis iniuriam fieri.
ita cum in conventu generali manifestabunt omnib9
neqz ullu contradictureu certissimu est: neqz haec re:
pugnatio honestius vtilius maioriqz seditiosoru confu:
sione puniri poterit: quàm generalis conventus de:
creto: proinde cum iam penalia mandata emanarũt
non restat nisi exequi et omnes ad conventu citare
nam ad secundã meam legationem nihil responsi
accepi a domina Palatina nisi lamentationes et va:
nos colores: quod non repugnaret Mti Regiȩ. sed
cedere bonis non posset donec reformationem dotis
haberet quod mihi est molestissimu, propterea quod
d. Odrowasz aliter hic mihi promiserat: vnde illis

renunctiare feci ne quid deinceps in me spei haberent quod pro illis intercedere ad M.tes vras deberem: et alia que merito debui illis significaui: ducuntur exē: plo quorundam Offitialium regiorum qui in querelis sub: ditorum M.tis sue nullis mandatis parere solent idqz impune.

Hoc etiam probare non possum qd a Capitaneis Liuensibꝰ non exigebatur iusiurandum M.ti Regie sicut priui: legium disponit: et vt prior fecerat qui arcem illam nulli nisi M.ti sue resignare debuit: proqz hoc etiam cittandus esset ingens enim crimen: quando vero M.tes vestre feliciter redibunt cognoscent abunde an res haec tanti sit periculi: tamqz ad puniendum et emendandum difficilis q̄ arbitrantur: non plus in pre: sens. Me Sacre M.ti vre humillime comendo. Lowicii xiiij Augusti M·D·XXX vi.

Narrauit mihi etiam meus nūctius qd ferme non nisi in totum parata pecunia viuunt in ipsis bonis: male enim seminarunt: et quod messum est consumpserunt: videntes non habere se illic ciuitatem manentem. Significauit item mihi d. Odrowasz qd cum vxor no: lit eius cōsiliis parere, vult se ab illa segregare et in Russiam discedere: an vere et ex animo haec significauit nescio: nihil enim iam in hoc negotio vel credere vel polliceri audeo.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Stanislao Odrowash Palat.° Podoliæ
ad literas eius respondet.

Mag.^ce et f. Demiramur quid hoc sit: et unde tantum animi ne quid grauius dicamus S.^ti V^ræ ut in tam proteruo cœpto et conatu suo tam pervicaciter persistat arcens nos pariter cum uxore sua bonorum nostrorum possessione. Tametsi colores ei rei S.^tas V^ra satis artificiose prætexit, ut omnem a se facti atque culpæ suspitionem remoueat: sed quam hoc sit processurum S.^ti V^ræ: quorsumque euasurum breui S. V^ra cognoscet. Ibi tum liquido apparebit quam fidis atque bonis consultoribus S. V^ra ad eam rem usa sit: quantumque coloribus istis suis promouerit: quibus se nobis fucum facturam esse putauit. Nolumus nunc quicque duci vel prædicere vel cominari. Illud tantum videat S. V^ra ne quo nimium properat: serius ut fieri ferre solet perueniat: hoc ne dum istis rationibus repente rem familiarem suam augere studet citius imminuat. Fit enim ut quo quis in sublime magis se se euehere conatur eo grauiore casu decidat. Exemplum certe istud contemptus nostri et rebellionis quæ et authoritatem nostram minuit et contumeliam nobis facit neutiquam nobis probatur. Quod ne quis deinceps sequi velit sedulo prouidebimus. Vilnæ XXIIII Augusti M.D.XXXVI.

Sigismundus primus Rex Polonie
Anne Duci Masouie Palatine Podolie

MAg.ca etc. Accepimus purgationem siue excusationé potius S. tue friuolam admodu et nullo stabili fundamé: to nixam : qua quantu profectura sit breui res ipsa planu faciet. Nichil neqz iniusti neqz iniqui inceptamq nihil iniurie facimus S. tue dum bonoru nostroru possessionem asserimus. Nam quid iuris S.tas tua ha: beat : multo melius quam ipsa S. tua cognitu habe: mus : non immemores qua lege S.ti tue eorum bono: rum vsum fructu concesserimus. fecimus quod ius æquuqz dictabat in eo quod S.ti tue annumerari iussi: mus : quod ipsi deberi existimabamus. hodieqz etia ea pecunia in promptu est apud Thesaurariu re: gni nostri vt eam S. tua quando lubet pariter cum marito suo auferre possit bonis nostris relictis. Qua de re S. tuam non semel iam : partim per mari: tum : partim per literas : partim etiam per legationé admonuimus : adhuc tamen S. tua voluntati se nostre opponit insignem nobis faciens contumeliam et infa: miam et alios subditos nostros ad similem audacia exemplo suo prouocans : sed breui patebit quam bene hoc sit consultu. Vilne XXiiij Augusti Anno domini M D XXX VI.

Sigismundus primus Rex Polonie
Anne Duci Masovie Palatine Podolie

Nichil est quod S[erenita]tas V[est]ra quaeratur se falsis criminibus inimicorum suorum apud nos deferri. Scimus cui fidem habeamus. Susurronibus certe atque delatoribus non temere unquam aut animum aut aures accomodamus. Facta autem S[erenita]tis V[est]rae etiam tacentibus omnibus de se ipsa loquuntur. Quae qualia sunt quantumque his S[erenitas] V[est]ra proficiat: breve tempus declarabit. Vilnae xxii Septembris M D xxx vi

Paulo post iste Odrowass, et cum uxore citati ad Comitia regni Cracoviae in fine anni 1536 agi coepta: condemnati fuere. Ademptus eidem Odrowassio Capitaneatus Leopoliensis. in quo nullam summam pecuniarum habebat. Ademptus est eidem et Capitaneatus Samboriensis quem oppignoratum in summa pecuniaria tenuit. Reposuit ei Regina Bona pecuniam obligatam: et Capitaneatum cum omni redditu accepit. Praeterea et Bonis regiis Ross antea dictis, quibus tunc desolatis, ipsa Regina summam obligatam reposuit. et Bona ipsa Ross ab Odrowassio in suam administrationem accepit. et Arcem, "ac oppidum ex ligno, piscinas. Molendina. extruxit, Loca villarum desolata inductis colonis habitabilia fecit. et Locum illum, qui Ross vocabatur, abolito eius priore nomine Bar nominari obtinuit. De hac spoliatione Odrowassy vide nonnulla: in sequenti Tomo rerum anni 1537 scripta
Commoti, ea re, inter alias, fuere animi multorum equestris praecipue ordinis etc.

Joannes Latalski Epus Crac. Sigismundo primo Regi Poloniae

Rex tunc ex Lithuania redibat in Poloniam.
Reddite Regi in Scheressow.

Sacra et Ser.ma M.tas Regia domine domine clemen.me. Post perpetue seruitutis meae et orationum comendacom. Vel ex meo ipsius sensu facile coniecturam capio: quantum accepisse dolorem oportuerit Ser.mam M.tem vram, cum esset illi renunciatum, preclarum illius monumentum Crac. arcem longe omnium quas vidit vnquam Polonia formosissimam, multis curis: magno sumptu: longo tempore fabricatam, iam perfectam prope et perpolitam: subito quodam incendio magna ex parte conflagrasse. Neqz enim concedo Sacrae M.ti vestrae, maiorem vt molestiam trahat ex rebus suis aduersis quam ego: cum si quid preter sententiam M.tis vestrae quandoqz euenerit id me multo vehementius excruciet quam graue aliquod meum ipsius incomodum, quae res etiam in causa fuit vt tardius aliquanto Sacrae M.ti vestrae consolationem mitterem quod ita fui repentino isto et inopinato casu perculsus, magis vt ipse consolationis indigere viderer: quam vt isto munere apud Sacram M.tem vestram in tanta animi mei perturbatione fungi possem. Neqz vero arcis ipsius iactura tantum animo meo merorem afferebat: leuior ea esse videbatur quam vt me tantopere debuerit comouere, cum a tanto principe facile sarciri queat: sed quod sciebam, si vllam aliam rem, hanc arcem Sacrae M.ti vestrae multo maxime curae fuisse, neqz aliunde fere quam ex illius pulchritu-

maiorem voluptatem iucunditatemque Sacram M.tem vestram percipere consueuisse: non potui non esse vehementer sollicitus ne calamitas ista inopinata in maiorem aliquam tristitiam et dolorem Sacram M.tem vestram conijceret: sed me postea ipse reprehendi qui de magnitudine animi Sacrae M.tis vestrae perinde dubitarem quasi non ea multo grauioribus aliis in casibus perspecta fuerit omnibus et explorata. Non est in orbe terrarum nostra hac aetate quisquam Regum Regis nomine dignior quam Sacra M.tas vestra: quae omnes animi sui affectiones ita regere nouit et moderari vt eas in sua semper habeat potestate: neque diuagari vsquam patiatur. Est hoc animi excelsi vereque regii: hoc Sacrae M.ti vrae non solum laudem apud cunctos mortales verum etiam admirationem peperit maximam. Nam quos non recta ratio verum animi perturbationes regunt: et paulo momento huc illuc impellunt: quos ira transuersos agit: quos vexat libido: quos metus exagitat: quos efferunt secundae res: frangunt aduersae: hi mihi etiam si cum summo sint imperio et potestate, quouis tamen alio potius quam Regis aut Imperatoris nomine digni videntur. Decet magnum Principem qui viuum est in terris Dei simulachrum quam proxime ad Deum accedere: vt quemadmodum in illum nullae cadere possunt animi perturbationes: sic ipse quoque quoad eius fieri possit, prorsus illis vacare studeat. Sunt enim omnia priuatis liberiora, quorum tectiores esse possunt affectiones: qui vero omnium in se ora atque oculos conuerterunt: hi quae vulgo licent ea ne sibi quoque licerent effecisse videntur. Id quod cum pro sua prudentia sane intelligat Sacra M.tas vra, ita se gerere semper conata est, vt personae suae ac dignitatis memor

grauissi:

grauissimi fortissimiq3 Regis ac Principis nomen sola
nunc prope modu tueri possit et sustinere. Multa Sa:
cre Mti vre ad voluntatem semper fluxerunt, nam
et victorias parua manu de poten.mis hostibus crebras
reportauit: et imperij sui fines longe lateq3 propagauit,
et maximoru Principu amicitiam sibi firma ac stabile
conciliauit: nullius vt Poloniç Regni nomen clarius
vnquam fuerit et illustrius: tamen in tanta reru prospe:
ritate diuinitus concessa, nihilo vidimus Sacram Mtem
vestram elatiorem: acciderunt etiam illi aliquando ali:
qua contra animi sententia: fuit enim Sacra Mtas
vrã et coniuge sua sanctissima char.maq3 spoliata,
et liberis dulcissimis orbata: plerasq3 etiam Regni ca:
lamitates pertulit: tamen tot plagis acceptis ne pilo
quidem vidimus illam demissiorem: eundem vultu
semper illius: eundem in cunctis rebus statu non sine
magno stupore nostro fuimus contemplati. Neq3 res
vlla vnquam quod quidem ego sciam euenit eiusmodi,
quç Sacra Mtem vestram de gradu quod aiunt potue:
rit deturbare: quo sum spe meliore cum tot iam dede:
rit Sacra Mtas vestra fortitudinis suç preclara do:
cumenta: ne nunc quidem illam cõmissura vt in hoc
casu certe non grauissimo, sui dissimilis esse videatur.
facturam potius vt omnes cognoscant, arcis istam iactu:
ram quç sartiri breui poterit aut contempsisse Sacra
Mtem vestram, et pro nihilo putasse: aut animo saltem
fortissimo tulisse. Quod si qui sunt qui sibi Deu tunc
iratum esse putant cum contra voluntatem coru ali:
quid acciderit: hi mihi toto quod aiunt cælo errare
videntur. Quin illud etiam non dubitanter affirma:
uerim: nunqua illu nobis magis esse propitiu quam
cum ita nos visitare dignatur vt interim tamen

misericordiam suam a nobis non auferat. Nisi vero pa-
rentes eos magis odisse liberos arbitramur in quos
animaduertunt aliquando: neq3 suo eis arbitratu vi-
uendi potestatem permittunt, quam eos quibus tanquam
desperatis iam et conclamatis quę libent licere omnia
paciantur. Non est aliud meo quidem animo certius
irę diuinę signum quam cum ita cedunt alicui omnia
ex sententia vt nulla vnquam res interueniat eius-
modi quę possit perpetuam eius felicitatem aliqua
tristitia contaminare. Vidit hoc ille quanquam Eth-
nicus cuius hęc aurea fertur sententia. Nihil infę-
licius eo esse cui nihil vnquam in vita euenit aduersi.
Vidit hoc etiam Amasis Egipti Rex qui cum Poli-
crate Samiorum Rege cum amicitiam constituisset soci-
etatemq3 fecisset, quocum et hospitium ei fuerat: po-
steaquam certior fuit factus ex voto illi cuncta flu-
ere atq3 indies res eius secundiores fieri: admonu-
it hominem pro amicitia vt prosperis aduersa misce-
re conaretur et quando id sua sponte venire nollet
suo ipse sibi iumento quod aiunt malum accerseret: seq3
ipse aliquo mactaret infortunio: dispiceret in rebus
suis quod haberet preciosissimum, quod amissum doliturus
esset maxime: id ita abijceret vt nulla esse posset re-
cuperandi spes: amici tam fidele consilium ex amoris
abundantia profectum non esse putauit Policrates ne-
gligendum. Itaq3 cum haberet gemmam signatoriam
smaragdum auro inclusum maximi precii qua delecta-
batur maxime, biremi conscensa in medium illam
pelagus abiecit, nunquam ad se rediturum ratus. Ecce
autem quinto aut sexto quam id erat actum die
piscem piscator capit insigni magnitudine, eum Poli-
crati dono dedit qui cum esset rescissus reperta fuit

in aluo gemma quam abiecerat Regiqꝫ reddita: id simul atqꝫ ad Amasim Regem fuit perlatu͞ et hospitii necessitudinem et societatem quam cu͞ Policrate conflauerat diremit: fore auguratus id quod non ita multo post euenit: vt tam constans iste et perpetuus tam fœlicis vitæ cursus. Tragicu͞ aliquem et infœlicem exitum esset habiturus: atqꝫ vna veritus ne postremæ eius infœlicitatis ad se quoqꝫ pars aliqua redundaret.
Satis opinor hoc exemplo docemur nihil homini suspectum magis esse oportere quam nimia͞ fortunæ indulgentia͞: quæ quo fuerit blandita diutius hoc ad extremu͞ affligit hominem crudelius. At vestræ quidem Sacræ M.ti nihil opus est Amasis isto consilio: clemen.mus ille parens et conditor humani generis pro sua singulari erga Sacram M.tem vestra͞ misericordia: subinde læta tristibus: tristia lætis permiscet Concessit anno superiori memorandam ex hostibus victoriam et triumphu͞: tribuit generu͞ omnibus et fortunæ et corporis et animi dotibus præstantem et quæ rara est Principum fœlicitas: cum in oculis prius et conspectu Sacræ M.tis vestræ collocauit quia Ill.mam filiam coniugem accepisset: adiunxit etia͞ nouas alias poten.moru͞ Principu͞ affinitates: his tot bonis fœlicitatibus cum Sacra͞ M.tem vestra͞ cumulasset, aliquid etiam aduersi putauit aspergendu͞.
Quare cum in delitiis esse atqꝫ in amore Sacræ M.ti vestræ arcem tanto sumptu ædificatam conspexisset illam superioris fortunæ temporis inuidiam hoc damno dato censuit esse mitiganda͞: quod nisi interuenisset aliud fortasse multo grauius infortuniu͞ accidisset.
Obseruatu͞ enim est eos qui præclaras aliquas et magnificas ædes fabricari cœpissent: simul atqꝫ illis

\+ Petr. Tomicius Eps Crac

summum fastigium imposuerunt de corporis sui presidio
discedere iussos in viuis esse desiisse. Non longe abie-
rit Sacra vestra M.tas. Antecessor + meus vir et de
sacra M.te vestra et de reipub.ca tam prophana q
Ecclesiastica Regni huius optime meritus in cuius ego
locum benefitio Sacre M.tis vestre successi non ne id
ipsum temporis quo iam absoluerat pulcherrima aedi-
fitia que multis annis magno fuerat impendio fabri-
catus: coactus est aedes suas manu factas relinquere
et aeternam illam in domum discedere incredibili sui
apud omnes desiderio relicto: tale quiddam procul
dubio Sacre M.ti vestre impendebat: sed audiuit Deus
preces supplicum pro diuturna salute et incolumitate
Sacre M.tis vre suam subinde misericordiam imploran-
tium quod olim de Ezechia Rege fecerat vt solem de-
cem gradibus retrocedere iuberet: atque ita ad tem-
pus vite cuius vsura iam illi erat eripienda quinde-
cim annos adiungeret, idem sed alia ratione de Sa-
cra quoque M.te fecisse videtur. Quam enim illa te-
lam exorsa fuerat et iam prope modum absoluerat:
eam Deus nunc retexuit vt stamina vite Sacre
M.tis vestre tanto trahi possent tempore longiore.
Que res si sit a nobis diligenter considerata magis
adeo est cur Deo gracias agamus: vestre vero Sacre
M.ti gratulemur: cuius vita longior hoc incomodo le-
uiore redempta quodam modo esse videtur: quam
quod illam consolari necesse putemus. Itaque nunc ni-
hil aliud quam Deum precor optimum Maximum qui
saepe nobis etiam inuitis et recusantibus melius pro-
spicit quam vel optare nobis in mentem veniat.
Illum precor et semper precabor vna cum vniuerso
clero meo vt augurium hoc meum de Sacra M.te vra

confirmet: et non quindecim solum verum etiam plures annos ad actam iam ætatem Sacræ M.tis vestræ accedere faciatur. Cuius me graciæ clementiæqz commendo. Crac.e die   Octobris. Anno domini M. D. xxx vi.to

Sigismundus primus Rex Poloniæ,
Seuerino Boner Castell.o Zarnouien, Mag.o procuratori Castri Crac.
de conflagracione Arcis Cracouien.

Generose etc. Aduersum istum casum conflagrationis Arcis Cracouien: ita ferimus uti ferre decet eos qui meminerint nihil sine numine diuino in rebus humanis fieri: fieri autem omnia generis humani bono itaqz eam rem accipimus ut benignam ac vere paternam castigationem eam esse existimemus. Quicquid vero incendio isti reliquum est: prouidebit diligenter f. tua ne id imbribus cæliqz iniuria debilitetur aut pessum eat: itaqz primo quoqz tempore utcumqz tegenda erunt: quæ sunt reliqua ædifitia quæqz ex ruinis istis alicui usui in posterum esse poterint colligenda: ad hæc etiam curandum ut cómode isthic quoad eius fieri poterit simus cum venerimus neue rebus necessariis deficiamur: reliqua coram breuius quando breue est tempus quo istinc absumus. Deniqz f. tua quod offitii sui esse putabit, id diligenter curatum volet. factura nobis gratum. In Brzeście xxix. Octobris M D xxx vi.o

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Romanorum Hungarie
et Bohemie Regi

SEr.me princeps amice et consanguinee char.me et honorande. Nobis gaudemus M.ti vestre gratulam.r felicem reditum e longinquis regionibus illis ad quas M.tas vestra recesserat ad has oras ditionibus nostris viciniores. futurum est enim ut crebrius de M.tis vestre et vniverse domus ipsius regie incolumitate et successibus quos faustos semper atqz prosperos esse cupimus certiores fiamus. Que res voluptati solet nobis esse. propter necessitudinem nostram mutuam. Excusationem autem M.tis vestre qua in literis suis ad nos vsa est de eo q tardiuscule nobis sententiam suam aperit: quonam: quo ue tempore Oratores nostros ad M.tem vestram de firmendis conditionibus matrimonii inter liberos nostros contracti mittere debeamus. Eam igitur excusationem in eam partem accipimus vt ea nihil opus fuisse apud nos existimemus. Nunquam enim dubitavimus M.ti vestre cordi cureqz esse vt affinitas ista inter nos coeat et perficiatur. Nos quoqz quantum in nobis situm est sedulo damus operam vt eam rem primo quoqz tempore transigamus: ac missuri eramus Legatos nostros ad id tempus quod nobis M.tas vra prefiniuit: nimirum ad primam diem Marcii: nisi essent gravissime cause que nos id facere prohiberent. Nam cum quatuor fere totos annos a regno nostro abfuissemus: magna per id tempus negotiorum vis in quibus salus et

tranquillitas regni nostri vertitur coacervata est
que magnam curam celeremque ac diligentem consul:
tationem exigebant. Itaque ergo indiximus in hoc
tempus Comitia in quibus nunc cum vniuersis regni
ordinibus toti sumus incertumque quam diu id futu:
rum sit. vnde fit vt primoribus Consiliariis quibus
prouintiam obeunde apud M.tem vestram Legationis
imponere constituimus carere non possumus. Quod si
maxime finirentur Comitia: tamen Oratores illi tam
cito ad iter istud parati esse non possent. Quo circa
comperendinationem istam nostram non quesitam
sed oblatam necessario confidimus M.tem vestram
equi bonique facturam esse: cómodius vero et factu
proclinius nobis esset vt ad primam diem Maii Ora:
tores nostros apud M.tem vestram illo ipso loco hoc
est Prage adesse iuberemus: si eadem esset vestre
M.tis ea de re sententia: de quo postulamus M.tem
vestram vt nos tempori certiores faciat. Cui diu:
turnam sanitatem: incolumitatem: felicitatemque
optamus. Cracouie viij. Decembris M.D.XXXVI.

Joannes Choienski Episcopus Plocen
Sigismundo ab Herberstein

M. Ag.ce domine amice char.me et honoran. Dominum Petrum Opalenski tantopere isthic ingeniu et prudentiam suam probauisse gaudeo: pro amicitia que michi cum ipso intercedit: tum q is priuatim M. vestre charus est graciam habeo: speroqz breui habitum iri apud nos rationem meritoru eius et Cancellarii munere: id quod M. vestra optat eu a Rx. M.te cohonestatu iri maxime si Ser.mi Regis Romanoru comendatio accesserit. Ego quoqz quanqua in ea re nihil prestare me posse puto: tamen quicquid potero, lubens eum adiuuabo. Comedo me mutuo amori M. vestre. Cui diuturna salutem et incolumitatem opto. Vilne xi Octobris M.D.XXXvi.to

De componendis iniuriis Slesitanorum cũ Polonis

Acta et scripta in anno 1535.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Romanorum Hungarie
et Bohemie Regi 1535

Uno atque altero Mense exacto egimus per litteras cum Maiestate vestra de subditis eiusdem Maiestatis vestre in Vngaria qui subditos nostros Scepusien. magnis iniuriis atque damnis afficiunt, ne vite quidem parcentes. Ea de re hactenus tanto temporis interuallo nullum responsum accepimus a Maiestate vestra, id quod vehementer miramur: atque id eo quidem amplius: quod non ignorat Maiestas vestra multum id nostra referre: vt sciamus tempestiue voluntatem et sententiam Maiestatis vestre priusquam aduenit dies: quem congressui Commissariorum nostrorum et vestre Maiestatis prefigendum duximus, qui iam pro foribus est: et nos tamen nihil comperti habemus de voluntate Maiestatis vestre cuius significationem et responsum in dies expectamus. Nunc iterum dum id suspensi expectamus ecce in illis hisdem oris noue exoriuntur turbe: de quibus nobis prefectus noster Scepusien. significauit. Nam sub ferias Natalis Christi: milites mercenarii Maiestatis vestre, qui cum Cacianero sunt, excurrentes in ditionem nostram Scepusiensem, tria oppida et nonnullos pagos crudeliter diripuerunt: plerosque subditos nostros trucidarunt et nihil non hostile contra confaederatos, et nihil tale expectantes aggressi sunt. Qua de re cum expostulasset prefectus noster Scepusien. cum Cacianero prefecto eius exercitus: ille quasi pro nihilo id habere visus est. Negauit enim se scire qui nam authores essent istius facinoris perpetrati.

Non ita multo post hiidem milites videntes tantam impunitatem ac licentiam propositam: iteru in for:tunas et vitam nostroru indigne et inaniter degras:sati sunt. Quae res tam acerba tamqz indigna ma:gno dolore animu nostru affecit: qd talia non ab ho:stibus non alienis sed a confoederatis et amicis, nul:lo nostro merito perpetimur. Confidimusqz hoc non iussu: neqz assensu M.tis vrae fieri pro necessitudine nostra quae est et amicitiae vinculo et sanguinis arctissia.
Sed tamen si deinceps M.tas vestra temerarios huioi (ne quid maius dicamus) ausus subditoru suorum co:ercebit nequa sibi tantu permittet improboru au:dacia: neqz tantopere amicitia nostra et nostroru hominu inter se oppugnabitur labefactabiturqz.
Quanqua speramus M.tem vestra in tempore pullu:lantibus hisce malis pro sua erga nos beneuolentia magnaqz in rebus agendis prudentia: toto conatu occursuram esse. Id quod a M.te vestra petimus etia atqz etiam ea fiducia: qua nobis omnia amici et neces:sarii offitia de M.te vestra pollicemur. Idem hoc nos quoqz pro nostro modulo dabimus operam vt concordia bonaqz vicinitas inter nos et nostros subditos: sic vt par est integra: firma ac perpetua conseruetur.
Erit id ex dignitate vtriusqz nostru et ex vsu non so:lu nostroru subditoru: sed totius reipub.cae Christianae.
Illud etiam atqz etiam postulamus a M.te vra vt sub:ditis nostris damna irrogata sarciri et instaurari iubeat: caueatqz ne quid eiusmodi deinceps copiae M.tis vestrae aggrediantur. Alioqui vix poterimus tantas iniurias tam indigne illatas aequo animo to:lerare. Itaqz declarabit nobis M.tas vestra volun.tem suam per hunc tabellariu nostru: tam de hac re

de qua nunc cum M.^te vestra egimus: quam de illa quam lr̃is nostris prioribus complexi sumus: cuiusque superius mentionem fecimus. Cupimus M.^tem vestram vna cum tota domo sua diu saluam incolumem florentem et fortunatam esse. Vilne XX Januarii M.D.XXX.V.

Sigismundus primus Rex Polonie
Carolo Duci Munsterbergen Capitaneo
Slesie

Illustris Princeps affinis noster char.^me. Amandauimus ad Ill. vestram sexta Nouembris anni preterlapsi veredarium nostrum cum literis: quarum exemplum cum hisce ad vestram Ill. transmittimus, quem tamen abesse: neque ad nos cum responso Ill.^tis vestre reuerti miramur: neque scimus peruenerit ne ad Ill. vestram atque ita tanto tempore detineatur: an vero vspiam in itinere proficiscens rediens ue perierit. Et iam is dies appropinquat in quem Conuentum Comissariorum nostrorum et Ser.^mi regis Ro.^rum consensu indicendum esse indicauimus: vt tandem aliquando finem his rebus imponamus: et controuersias omnes quecumque vnquam inter nostros subditos et Slesitanos exorte sunt radicitus extirpemus. Que res tam optabilis toties iam attentata, nunquam adhuc vt volumus processit: cuius culpa non habemus dicere: certe equidem non nostra: neque nostrorum hominum: quippe qui nihil adeo cupimus: quam vt hisce populis confœderatis inter se concordia mutuaque amicitia colatur. Quapropter postulamus ab Ill.^te vestra: si hoc idem cupit ita, quemadmodum sepe significauit et nos confidimus: declaret

nobis hac in re voluntatem suam per hunc Cubicula:
rium nostrum quam fieri potest citissime: ne iterum ex:
tracta atq3 dilata maioris alicui⁹ incendii quod sane
nollemus prestet occasionem. Quod si nondum dimisit
Ill.tas vestra priorem illum nostrum tabellarium cum tali
responso quale expectamus: ac brevius videbitur spa:
tium temporis, q̄ ut cōmode congressus iste ad dominicam
Oculi peragi possit (id quod nos ita q3 suspicamur)
deligat Ill.tas vestra ulteriorem aliquem terminum
nobisq3 primo quoq3 tempore significet: sic ut illud
iam ratum et fixum fore sciamus et ad nostros man:
data demus. Fuerit hoc ex dignitate Ill.tis vestre
et ex usu tam nostrorum quam Ser.mi Regis Ro.rum
subditorum: utriq3 vero nostrum vehementer gratum.
Cupimus Ill. vestram saluam et felicem esse. Vilne
xvi Januarii M.D.XXXV.

Sigismundus primus Rex Polonie
Carolo Duci Minsterburgen: Capit°
Slesie

Illustris princeps affinis noster char.me. Cum diutius
moraretur tabellarius: quem ad Ill. vrām cum literis
de constituendo die cogendorum Cōmissariorum nostrorum
et Ser.mi Regis Romanorum amandaueramus: veri:
ti ne qua mora fieret tanto negotio: quod primo quoq3
tempore transigi expediret: misimus alterum cum lr̄is
eodem argumento scriptis qui profectus obuiam ha:
buit in itinere priorem illum cum responso Ill.tis
vestre revertentem itaq3 cum eo rediit. Responsum
autem Ill.tis vestre fuit nobis gratissimum: in quo se

primum Ill.^{tas} vestra purgat et excusat, quod nostrum tabellionem tamdiu apud se detinuisset. Quam nos excusationem aequo animo pro eo atque decet accipimus. Deinde declarat nobis Ser.^{mi} Regis Ro.^{rum} erga nos voluntatem propensissimam atque prolixissimam, quod is in modum cupiat finem imponi omnibus controversiis: quae hactenus improbo quorundam studio inter suae M.^{tis} et nostros subditos extiterunt. Ad haec: quod Ill.^{ti} vestrae et omnibus subditis suis edixerit ne quis subditorum suae M.^{tis} dominia nostra: et subditos nostros ullis furtis: rapinis et latrociniis infestaret: neve eos qui id improbitate sua aggredi ausi fuerint reciperet. et breviter videret ne quid subditi nostri e Slesia detrimenti caperent. Agnoscimus atque exosculamur illius M.^{tis} animum nobis ut consanguineo et necessario dignum est coniunctissimum. Neque minori studio nos vicissim erga illius M.^{tem} semper comparare studebimus. adnitimurque sedulo summis quibusque offitiis et obsequiis ut eius M.^{tis} benevolentiae respondeamus. Itaque quod semper fecimus neque nunc facere desistimus ut provideamus quanta maxima possumus cura atque diligentia: ne quis hostilis insultus vel clam vel palam e dominiis nostris in ipsius M.^{tis} ditiones neque ab externis neque a nostris fiat. Neque solum apertis illius M.^{tis} hostibus dominiis nostris interdicimus: verum etiam his qui nullam hostilitatem professi, metu aliquo e dominiis eius M.^{tis} ad nos perfugiunt quod illius M.^{ti} suspecti esse possunt, tutum receptum non praebemus. Ut nuper cum Bohemi quidam Cracoviam confugissent: quamvis nihil hostile prae se ferrent: tamen a nobis non solum Cracovia, sed et dominiis nostris penitus excedere iussi sunt: et paruerunt mandato nostro.

Nam quod Ill.tas vestra scribit latitare in regno nostro quendam Restell qui Rev.di domini Episcopi Vratislauien subditos et possessiones infestat, de hoc nihil compertum habemus: neque arbitramur quemque subditorum nostrorum aduersus edicta nostra grauissima facere ausum esse, vt illi cum suis asseclis tutum receptaculum apud se preberet. Sed neque Ill.tas vestra nominatim significauit qui nam is esset homo apud quem ille delitesceret. Preterea dedimus superiori tempore facultatem domino Episcopo Wratislauien vt hostem suum vbicunque nactus esset in ditionibus nostris, subditis et famulis suis prehendi iuberet et abduci. Subditis vero nostris et prefectis finitimis mandauimus vt non tantum obsisterent verum etiam adiuuarent famulos domini Episcopi. Nunc item ne sibi dominus Episcopus a nobis satisfactum non esse putet: daturi sumus mandata ad Prefectum nostrum Osswiacimensem: in quibus oris Ill.tas vestra ipsum Restel versari scribit, vt eum diligenter peruestigari faciat: et aut ipse meritum supplitium sumat aut domino Episcopo eum tradat. In summa nihil est quod Ser.mo Regi Ro.rum gratum esse: et ad concordiam atque bonam vicinitatem vtriusque subditorum inter ipsos alendam et confirmandam pertinere sciamus: quod non lubentes prestemus. Idem hoc nobis de Ill.te vestra vt postulat persuademus: quam semper nisi optima voluntate erga nos et subditos nostros esse perspeximus et pari vicissim beniuolentia prosequuti sumus et prosequimur etiamnum. Nam quod Berka aliquoties e prefectura Glogouien Ill.tis vestre, incursionem in dominia nostra fecit, et quosdam subditos nostros ex plebe pariter et equestri ordine bonis exuit: persuasum

habemus contra sententiam Ill.tis vestrae ipsa inscia factum esse. Novimus enim Ill.tem vestram opido cavere ne quo pacto subditi nostri a Slesitanis ledantur.

Jam quod Ill.tas vestra congressum Comissariorum in dominicam Judica reiecit bene res habet id ita ratum et firmum esse nobis placet: vehementerque cupimus ut subditi nostri cum subditis Ser.mi Regis Ro.rum consanguinei nostri char.mi positis et sublatis simultatibus omnibus in pristinam graciam redeant seque mutua benevolentia ut decet prosequantur. Itaque perficiat Ill.tas vestra ut tam domini Comissarii quam hi quorum ut adsint interest, ad dictum diem conveniant. Nos idem hoc apud nostros prestabimus.

De loco conveniendi congruet Ill.tas vestra cum Mag.co Luca de Gorka Capitaneo nostro generali in maiori Polonia: quod illi hac in re visum erit ratum habebimus: illius enim arbitrio permisimus.

Quod nobis Ill.tas vestra descripsit Comissarios Ser.mi Regis Ro.rum et eos qui aliquas habent adversus nostros querimonias gratum est. Nos porro hos designavimus Comissarios qui in hac scheda descripti sunt. Eorum vero qui contra Slesitanos queruntur nomina non omnino tenemus memoria: quorum in presens meminimus, eos etiam descripsimus in hac charta et inseruimus. De reliquis negotium dedimus eidem Prefecto nostro maioris Poloniae ut is reliquos quorum maiorem habet notitiam Ill.ti vestrae

describat: deinde ne quid cõmittat omnino quo Conventus iste dissolui possit. Confidimus et Ill.tem vrãm pro suo in nos amore omni ope et opera consilioq3 adiuturam esse vt odiosę istę et vicinis atq3 confoederatis populis indignę controuersię ad bonũ finem perducantur.

Quod ad Ill.tem vestram pertinet quę se nobis et filiũ suũ plurimũ cõmendat. Jam inde ab ineunte aetate magna familiaritate coniuncta et perpetuis studiis deuincta nobis fuit Ill.tas vrã. Neq3 vnq3 aliud quidq̃ de Ill.te vrã suspicari in animũ nostrũ induximus. Jtaq3 pari voluntate et amore vicissim Ill.tem vrãm complexi sumus: id quod scienti et bene memori in memoriã reuocare non est operepretiũ. Sed quod ad rem pertinet non alio nunc sumus animo erga Ill.tem vestram q̃ fuimus olim neq3 quidq̃ de amore nrõ diminutũ est imo vero multum accreuerit continenti ista firmaq3 Ill.tis vestrę erga nos propensione, sed id re praestare quam verbis polliceri malumus. Quapropter ita sibi de nobis Ill.tas vrã persuadeat nos quacunq3 in re cõmode et cum dignitate Ill.tem vestram eiusq3 liberos adiuuare et ornare poterimus omnem nauaturos esse operã vt omnibus testatũ faciamus, quam libenter Ill.ti vrę et liberis eius cõmodemus. Porro Ill.tem vrãm et filios ipsius nobis perpetuo pari amore atq3 beneuolentia responsuros esse pollicemur. Quos saluos et felices et ornatissimos esse cupimus. Vilnę XXVI Januarii M D XXX V.

Commissarii ex parte Polonie.

Joannes Latalski Eps Posnamien.
Nicolaus de Coscielec Palatinus Calissien.
Lucas de Gorca Castell. Posn Capitaneus maioris Polonie generalis.
Andreas de Gorca Castell. Calissien.
Janussius Latalski Castell. Gnesnen.
Andreas Crotoski Castell. Coualien.

Sigismundus primus Rex Polonie
Carolo Duci Minsterburgensi

Jam lrãs ad Jll.tem vrãm obsignatas veredario dederamus: cũ nobis significauit Mag.cus Lucas de Gorca Capitaneus maioris Polonie Namislow opidũ vbi Jll.tas vrã Conuentũ hunc celebrari vult x milliaria plus minusue a confiniis abesse. Et nouit Jll.tas vrã ius aeqũ esse vt huiusmodi diuersorũ populorũ controuersie in confiniis vtriusq3 decidantur: deinde mos est receptus vt nostri in Slesia iustitiam querant de Slesitis. Slesitani vero de nostris in Polonia: sed tamen non longe a confinio. Nunc egre ferrent nostri subditi, se longius extrahi a confiniis. Jtaq3 postulamus ab Jll.te vrã vt de alio quopiam loco finibus nostris propinquiori conueniat cum eodem Prefecto nrõ maioris Polonie. Nam quod ille in hac parte cõstituerit perinde ratum erit ac si nos ipsi constituissemus. Cupimus Jll.tem vestram saluam et felicem esse. Vilne XXvij Januarii M.D.XXXv.

Sigismundus primus Rex Polonie
Luce de Gorca Castellano Posnanien
et Capitaneo maioris Polonie gnali

Mag.ce sincere nobis dilecte. Allate sunt ad nos lre Jll. domini Caroli Ducis Minsterbergen quibus indicat sibi videri ut dies cogendis Comissariis nostris et Ser.mi Regis Ro.rum de controuersiis hominum nostrorum cum Slesitanis tractaturis indicatur in dominica Judica: cui nos rescripsimus placere id nobis ita ratum firmuqz esse qp impense cupiamus tandem aliquando componi pestiferas istas dissensiones. Et ne qua in nobis mora videri possit de loco celebrandi Conuentus: postqua nobis significauit S.tas tua Namislauia (vbi ille conuenire volebat) longius a confiniis abesse: dedimus ad eum alteras lras ut aliu locum deligeret quod cum consensu S.tis tue fiat: cuius arbitrio hac in parte staturi sumus. Breui autem daturi sumus mandata ad eosdem Comissarios et Comissionem ad manus S. tue transmittemus. Vilne XXIX Januarii M.D.XXXV.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consulibus Cracouien

Conuenit nobis cum Ser.mo Rege Ro.rum ut tandem ad dominica judica venturam Conuentus Cōmissariorū ipsius M.tis et nostrorū peragatur: in quo omnes controuersie nostrorū hominū cum Slesitanis determinentur in confiniis eo loco, quo vtrisq; visum fuerit: eorū enim arbitrio hanc optioné dedimus. Jd vobis significare voluimus ut quicumq; e vestris ciuibus iniurias aliquas a Slesitanis perpessi sunt, a vobis cōmonefacti eo proficiscant, et iusticiam petant. Cogetis autem et haeredes Leonardi Fogelweder quos Miszka accusat ut se sistant in hoc ipso conuentu, responsuri ad ea de quibus accusantur, et ipsi de aduersariis suis iusticiā petituri. Sic et non alr̄ facturi. Pro grā nostra.
Vilne 1. Febr̄ M D XXX V

Petrus Tomiczki Epus Crac Regni Polonie Vicecancellarius
Joanni Latalski Episcopo Posnanien
Nicolao de Cosczieliecz Palatino Calissien
Luce de Gorca Posn Capitaneoqz Maioris
Polonie grali: Andree de Gorca Calissien.
Janussio Latalski Gnesnen Castellanis

Rme in Christo pater ac Magci et Generosi domini fratres et amici charmi et honoran. Scripsit nobis dominus Castellanus Biechowien querens et grauans plurimum, q Slesite cum quibus est illi controuersia, forte detrectan, vt secum audiantur, necant proferantqz causas quo minus hæc ipsa differentia cognitioni subijciatur ac disentiatur: effecerintqz vt bis iam dicta illis dies, fuerit prorogata, non sine damno et iactura ipsius domini Castellani Biechowien non mediocri, qui ad duos terminos profectionem faciens amicosqz secum educens magnum impendium subire fuerit coactus. Quare cum causa ipsius, posteriore dilatione, ad diem dominicam cantate proximum sit reiecta: plurimum rogamus d. vras vt illam vltra non prorogent, quin pro eodem die dominico Cantate proximo cognitionem illius suscipere, sententiamqz suam iustam in ea pronunctiare velint. Facturi in hoc. dnes vestre rem se offitioqz suo dignam domino vero Castellano Biechowien apprime necessariam, mihiqz gratissimam. Comendo me fraterno amori ac beneuolentie dnm vrarum easqz bene et felr valere optamus. Datum in arce Bodzancinen die vltima Marcii M D XXX v.

Petrus Tomicius /
Castellano Biechouien.

Generose domine amice char.me Molesto et dolenti animo ferimus q causa quae vestrae d.nis cum Slesitis intercedit illorum opera in longum trahatur et prorogetur: facile namq perspicimus prorogationem illius bis iam factam, sine magno dispendio et iactura d. vestrae fieri non potuisse: scribimusq ad dominos Commissarios per M.tem Regiam ad actum et cognitionem eiusdem causae deputatos: rogan. illorum d.nes, vt eam ipsam causam vlterius non protollant quin pro die dominico Cantate proximo ad quem reiecta est de illa cognoscant, quodq iustum erit in ea decernant: id quod eorum d.nes facturas non dubitamus. In arce Bodzancinen. die vltima Marcii M D XXX v°.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni Latalski Epo Posnanien.
Lucae de Gorca Castellano Posnanien /

Rnde in Christo pater: et Mag.ce sincere nobis dilecti. Congressum vestrum et reliquorum Commissariorum nostrorum cum Commissariis Ser.mi Regis Ro.rum dilatum esse aequo animo ferimus quando quidem sic Deo visum est vt per id tempus quo congressus ille

celebrari debuerat quidam ex nostris vel adversa valetudine vel aliis gravibus causis quo minus operam suam hac in re nobis et reipub.ce navare possent impedirentur. Nunc autem speramus et eos qui decumbebant convaluisse, aut prope esse ut convalescát, et alios nullam habituros esse causam, quo minus ad istum ipsum Conventus instituti diem ad dominicam Cantate adsint. Et ad Mag.cum quidem Palatinum Calissien iterum ea de re mandata dedimus: ne quam interponat moram qua Conventus iste distrahi aut saltem protrahi posset.

Facinus illud sceleratum quod Kessel hoc tempore adversus Slesitanos patravit vehementer nobis displicet vel ob id maxime quod adversus edictum nostrum factum est. Itaque poterint .S. vestrae Slesitanis denunciare nos id multum non passuros esse. Dabimus enim atque adeo damus id negotii Prefectis nostris illarum orarum: et inprimis S.ti tuae generali maioris Poloniae prefecto lris nostris quas his adiunximus, ut ipsum Kessel cum sotiis, incitatoribus, et receptoribus suis conquirant quemadmodum illis ipsis litteris latius explicatur.

De loco congressus habendi placet nobis ne a recepta antiquitus consuetudine discedatis. Sic enim semper observatum est ut nostri cum Slesitanis de cōmunibus negotiis tractaturi in confiniis convenirent, aut illi in ditione nostra de nostris: nostri in ipsorum ditione de illis iustitiam administrádam postularent. Idem hoc nunc fieri volumus. Quod si tamen illi obstinatiori animo eam condi:

tionem detrectarent: Glogoniaqz pedem nusquam efferre vellent concedendū hoc illorū pertinatię videtur et nobis de iure nostro aliquantū in hoc vnū tempus decedendū, vt eos Glogouiam sequamini potius, quam vt hac de causa Conuentus iste dissoluatur: ne quam deinceps deriuandę in nos culpę occasionem eis relinquamus, atqz vt intelligant quanto studio semper cupierimus omnes nostrorū hominū cum illis controuersias et dissensiones primo quoqz tempore compositas et sopitas esse. Quare si aliter fieri non poterit dabunt hoc illis S. vestrę vt in presens ad illos Glogouiā proficiscantur atqz illic streemuam pro virili sua parte nauent operam componendis tandem perniciosis istis dissidiis potius quam vt hic Conuentus extrahatur, et malū hoc detestandū altius radices agat. fecerint nobis hac in re S.tes vestrę rem tam gratam quam quę gratissima est. Quas bene valere optamus. Vilnę xiij Aprilis. M.D.XXX.v°.

Sigismundus primus Rex Polonię
Ioanni Latalski Epo Posnanien

R. Rn de in Christo pater et Mag.ci sincere nobis dilecti. Pergratum est nobis quod operam vestrā collocastis ad coēm regni nostri vtilitatem in Glogouien istis Comitiis verum cuperemus omnia semel transacta et determinata fuisse: qua in re nondū desinimus elaborare vt omnia ad amussim regno et subditis nostris constituamus. Mittimusqz ad S. vrās exēplū.

litterarum quas ea de re ad Sermū Romanorū Regem dedimus quicquid is nobis responderit S. vrās non celatur(i). Quę bene valeant. Vilnę x Junij M. D. XXXX v.to

Sigismundus primus Rex Polonię
Ferdinando Regi Romanorum Hungarię et Bohemię

Ser.me princeps et domine amice et consanguinee noster char.me. Non dubitamus M.tem vestram e suis accepisse quid in hoc proxime celebrato congressu apud Glogouiā ab vtrinsq(ue) nostrū Cōmissarijs actum et transactū sit. Nos quidem ex his transactionibus quę illinc vtrorūq(ue) sigillis obsignatę allatę sunt, intelligimus magnam habere licentiā hostes nostros publicos, in Slesitana ditione M.tis vrę, fretos quorundam hominū protectione atq(ue) presidio atq(ue) hinc permultum eis audatię ad conatus suos improbos prosequendos accrescere, vt qui nihil ęqui Cōmissarijs M.tis vestrę in his Comitijs concedere nihil ipsorū voluntati permittere voluerint. Neq(ue) vero ab illis ipsis Cōmissarijs ullam ad rem ęquitati consonam quo perniciosa ista mrorū hominū inter se dissidia penitus finirentur adacti sunt excusantibus se nihil posse aduersus ipsos quo ad saluū conductum haberent instituere, et non vsis ea potestate cum qua ad hunc ipsū Conuentū a M.te vrā missi sunt. Atqui nos existimamus longe secus rem habere, ac potuisse ipsos iure optimo durāte etiam saluo conductu aduersus ipsos qui sponte

nihil facere vellent ferre sententiam eiusqz exequu:
tionem vsqz ad exitum salui conductus differre at:
qz tum demu re ipsa exequi. Nunc veremur ne illi
tam prospero rerum suarum successu freti: mox a
feriis diui Jacobi aliquam incursionem in regnu no:
strum faciant nostrosqz inopinantes magno aliquo
malo atqz damno afficiant: quod si fiat facile potest
M^tas vestra pro sua prudentia perpendere quid tu:
multus apud nostros exoriturū sit quoue iure qua:
ve ratione eos quin se vltum ire pergant compesce:
re possimus: vt autem plane M^tas vestra perspici:
at quam impune sit e Slesitana ditione M^tis vestrę
cuiuis nefanda patrare et publicam fidem atqz
fœdera perturbare. Sub tempus istorū Glogouien
Comitiorū Joannes Schlegel publicus hostis noster
cum quinquaginta coniuratis e Slesia in mercatores
nostros inuasit, merces omnes ad 5000 flor æstima:
tas diripuit, atqz eam prędam in Lusitana ditioné
M^tis vestrę asportauit, et apud ~~cæteros~~ certos homines de:
posuit/ ad id autem latrociniū minori negotio per:
petrandū adfuerunt ei auxilio quidam Glogouia
ex illo congressu palam e conspectu Cōmissariorū
egressi reuerterūqz perpetrato scelere aperte glo:
riati sunt iactan se nihil indignū et inconueniens
fecisse: atqz hoc tamen illis impune cessit vt postea
quiduis maiori animo ausuri atqz aggressuri sint:
quare postulamus M^tem vestram etiam atqz etiam
pro necessitudine nostra mutua quę et sanguinis vin:
culo et aliis multis nominibus est vt merito esse de:
bet arctissima, ineat rationes quibus gliscentibus
hisce malis obuiam eat, regnūqz nostrū deinceps
a subditorū suorū e ditionibus suis infestationibus

securum prestet quem ad modum nos vicissim ipsi pre-
stamus quo sincerior atqz firmior concordia beneuo-
lentiaqz vtriusqz nostrum subditis inter ipsos perinde
atqz nobis inter nos est conseruetur atqz illud im-
primis caueat M.tas vrā vt Berka et Miszka qui-
eti sint per hoc tempus: deinde vt post exitum
salui conductus cuius terminus est ad ferias diui Ja-
cobi proxime venientes pro meritis suis iudicentur
quodqz iudicatum erit re ipsa confestim contra
ipsos perficiatur: ne quis in posterum in dominiis
M.tis vestre aut ex ipsis quispiam in subditos nrós
moliri ausit. Et nobis quidem placet si hoc iti-
dem vestre M.ti videtur vt iterum nostrum vtrinsqz
Cōmissarii ad certum aliquem diem conueniant
remqz vniuersam semel perficiant et nihil reli-
qui faciant quin omnes dissensiones conticescant.
Ad eum vero Conuentum publicis edictis vocentur
omnes vtriusqz partis hostes deqz ijs quicquid ius
et iustitia dictabit fiat. Nos vero vtriqz vt id
quod iudicatum ab illis erit in cōmune: debitum
effectum consequatur authoritate et potentia nrá
perficiamus: quod si hec sententia nostra vestre M.ti
cordi est, videtur nobis e re fore vt aliquanto longius
spatium temporis ad eam rem sumatur atqz dies
Conuentus istius vtriusqz sub finem Nouembris vel sub
initium Decembris indicatur propterea q propter lon-
gam locorum quibus disiungimur intercapedinem mul-
to spatio temporis opus est vt nuntius noster ad
M.tem vrám vltro citroqz cōmeet et vt nos dein-
ceps nostros ea de re certiores faciamus.

Quod attinet ad eos articulos quibus res inter Commissarios nostros de hostibus vtrorumqz coercendis transacta est: probantur ij quidem nobis vt pote et vtiles et necessarii: verum plura nobis videtur esse operepretium adijcere que id quod vtriqz cupimus cómodius et stabilius perficiant. Itaqz nobis quidem in presens videtur vt ij articuli de quibus conuenit a nobis vtrisqz in vnum annum monumentis confirmentur. Interea vero nos ad M.tem vrám Legationem mittemus: que cum M.te vestra voluntate nostra ea que addenda putamus transigat et perficiat atqz hæc fœdera inter nos et subditorum nostrorum inter se in perpetuum confirmet concordiamqz et beniuolentiam stabiliat id quod M.tem vestram qua est erga nos animi propensione non minus q̄ nos cupere non dubitamus atqz ob id alacriter postulata nostra facturam esse confidimus quod amicitia vrá mutua dignissimum et nostrum vtriusqz subditis apprime conducibile: deniqz reipub.ce Christiane et fructuosum et iucundum fuerit. Cupimus autem vt nos M.tas vestra primo quoqz tempore per hunc tabellionem nostrum de sententia sua in hisce negotiis certiorem faciat: quo sciamus quo modo nos contra comparare debeamus. Cupimus M.tem vrám longum sospitem et fortunatam esse. Vilne X. Junii M D XXX V.

Vide hec fœdera facta: Tomo folio

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi,
Luce de Gorca Castell.o Posnanien,
Janussio Latalski Castell. Gnesnen

Questus est nobis Nicolaus Chrzastowski sibi et captiuis secundum pacta et conuenta in Conuentu vestro cum Commissariis Ser.mi Regis Ro.rum confecta satisfactum non esse. Neque res suas ipsis integras redditas esse. Videtur ergo nobis vt S.tes vestre ea de re do. Ducem Carolum veluti supremum Prefectum Slesie lris suis admoneant quo nostri homines omnia sua ex pacto recipiant. fecerint S.tes vre offitium suum et nobis rem gratam. Vilne vi Julii M.D.XXX.v.

Sigismundus primus Rex Polonie
Eisdem Consiliariis

Accepimus ex lras vrarum d. et non sine graui quidem animi molestia: magnopere sibi subditos nostros a Slesitanis predonibus metuere: ac nec de bonorum neque salutis sue suorumque securos esse, quibus tamen ipsi semper antehac fuerint formidabiles. Quo fit vt nos maior eius rei admiratio subeat. Sed tamen ne nris deesse velle videamur, neue mali cuiusspiam ansam demus, assensi sumus vt illorum petita fiant. hoc est vt S.tes vestre accepto quod satis erit pecunie a Thelone Posnanien ad quem ea de re mandatum misimus

sexaginta equites strenuos et probe instructos condu:
cant et in confiniis qua irruptio timeretur collocet,
et Ducem quem ei muneri obeundo aptu existimaue:
rint eis preficiant: non qui posthabita reipub.ca pro:
vintieq3 sue oblitus domi desideat: sed qui sedulo quo:
ad eius fieri potest ingenio diligentiaq3 sua proui:
deat et prestet ne quid subditi nostri e Slesitanis
latrociniis detrimenti capiant. Id vero fiet solu in
trimestre tempus. Nam interim nos vobiscu quid
facto opus sit consultabimus et a Ser.mo Rege Ro:
manoru ad quem ea de re, quod S.tes vestre sci:
unt scripsimus, responsu accipiemus. Ceterum vi:
detur nobis ad id maxime appositus esse generosus,
N. Boguchski qui fuit Burgrabius Rosnauien.
vt in hoc numero sit. Nouit enim is probe neq3 ve:
retur hisce rebus obuiam ire: predonesq3 istos per:
uestigare et comprehendere. Vilne xiij Julii.
M. D. XXX. V.

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniae,
Ad Ferdinandum Romanorũ Hungariae et
Bohemiae Regem. Mense Octobri 1535
missa, quam do: Stanislaus Tarlo Cancus
Crac Secretarius Regius obiuit

SAlute dicta ad diuturnam et perpetuam incolumitatem et omnia semper fausta atqz perpetua Ser.mo Regi veluti fratri et consanguineo char.mo Regiae M.tis domini sui clemen.mi nomine, Orator apprecatus, in hanc sententiam Orationem instituet.

Ser.me princeps: Cum non ignoret Ser.mus Rex Poloniae dominus meus clemen.s pacem: concordiam et mutuã beneuolentiam christianis omnibus precipue sacris l[itte]ris cõmendari, in eam semper cogitationem summo incumbit studio, vt cum omnibus vicinis suis quantũ ex ipso est, pacem et amicitiam colat, imprimis tamen cũ his qui suae M.ti aliqua sanguinis necessitudine coniuncti sunt: in quibus M.tas v[est]ra Regia non posteremas ne dicam primas obtinet. Videt enim ipsius M.tas tam arctum sibi cum v[est]ra M.te coniunctionis vinculũ intercedere, vt vix arctius esse possit. itaqz prouidet diligenter ne qua parte ea necessitudo, aliqua animorũ disiunctione, quod omen Deus auertat, ledatur labefactetur ue.

Sed sunt quidam improbi ac effrenes homines qui vel insigni improbitate vel compendii spe adducti id vnũ studio habent quo pacto mutuã concordiã et beneuolentiam inter subditos v[est]rae M.tis ac

domini mei clemen.^mi turbent moueant atqz dissipet.
Quorum peruersis consiliis cum tempori Ser.^mus Rex
et dominus meus obuiam eundum esse censeret: supe-
rioribus aliquot annis postulauit M.^tem vram, optatumqz
tulit, vtrimqz vt designarentur arbitri seu Commis-
sarii qui omnes subditorum et vestrae et suae M.^tis con-
trouersias audirent disceptarent et componerent.
Verum ea res tum optato successu caruit, propterea
q Commissariis suma atqz vniuersa potestas eius rei
transigendae perficiendaeqz non erat permissa. hi
vero qui rei postulabantur obstinato animo rem com-
poni detrectabant.

Non intermisit tamen Regia M.^tas dominus meus
inire rationes quibus haec dissidiorum seminaria pe-
nitus primo quoqz tempore tollerentur. Egit apud M.^tem
vram per Legatum suum anno ab hinc altero aut tertio
vt arbitris siue Commissariis vtrimqz designandis suma
totius rei pro arbitrio suo ex aequo et bono componen-
dae potestas permitteretur. In quam sententiam non
grauatim vra M.^tas concessit: sed tamen neqz hoc
pacto ea res optatum finem consecuta est.

Quid in causa fuerit dicam: si prius illud dixero
q Georgius Berka vnus ex his qui alienis saginan-
tur malis, ac turbanda hominum inter ipsos pace et
concordia sua comparant commoda: cum haberet
non nihil causae: id quod M.^ti vrae constat aduersus
generosum Martinum Sborowski, pocillatorem domini
nostri clemen.^mi, nunquam ab ipso Ser.^mo Rege
domino meo iustitiam sibi administrari sicuti par
fuit petiuit: sed mox Regiae ipsius M.^ti et subditis

atq3 dominiis eius bellu ac hostilitatem indixit et mul:
tis magnisq3 incomodis atq3 damnis ipsius M.tis sub:
ditos affecit.

Js igitur in hoc proxime peracto congressu Comissa:
riorum pariter cum altero hoste domini mei clemen.mi
Misska enixe restitit ne ad expectatum exitum res
adduceretur. Primum enim hi fecti pub.ca fide ne:
gauerunt se ad vllam rem inuitis debere adigi.
Confirmarunt hanc eorum sententiam Comissarii M.tis
vestre. Negauerunt enim sibi licere quidquam ne
iure quidem aduersus ipsos vel agere vel pronunci:
are.

Deinde habere hi feruntur inter ipsos Comissarios
M.tis vestre insignes fautores, qui ipsos palam
apud se receptant: fouent et adiuuant quorum pre:
sidio tuti: nichil aequi neq3 postulant neq3 concedunt
sed omnia turbant: inficiunt, et ne quo pacto pax
et concordia coalescat summopere student.

Ad hæc negant Comissarii vre M.tis se aduersus eos
qui nullas habeant possessiones sententiam ferre pos:
se. Jd quod perabsurdum esse videtur: quasi vero
non magis in promptu sit aduersus egenos et inopes
iudicata exequi quam aduersus diuites. quasiq3 non
maior sit vbiq3 egenorum numerus: deniq3 quasi
non hi procliuiores sint ad improba huiusmodi fa:
cinora quo egestatem suam subleuent: quibus opta:
biliora semper sunt hominum inter ipsos dissidia
quam pax concordia et mutua beniuolentia. Sic
alitur et confirmatur improborum audatia effrenis.

eo

Eo quoqz multum facessitur negotii q Cómissarii vestre M.tis Conuentus istos non nisi in Slesia celebrari volunt, adstruentes id ius eumqz morem esse antiquitus, quum longe aliter habere aliterqz obseruari constet. nimirum vt si de Polonis ministranda esset iustitia in Polonia id fieret: si de Slesitanis in Slesia. Jus enim est vt actor forum rei sequatur. hinc absurdum est et odiosum regiis hominibus in Slesiam vt rei fagantur et peragantur proficisci.

Postremo illud vel maximo fuit impedimento ad res cópo:nendas q idem Cómissarii vrę M.tis asserunt ius esse. Nescit tamen Ser.mus Rex et dominus meus vbi hoc sit ius vt quum dissensiones amica tractatione componuntur nulla ratio habeatur eorum damnorum quibus quis iniuriam acceptam vltus est hostilitate denúnciata. Sed etiamsi ea longe excedant rati:onem iniurie: nichilo tamen minus iniuriam acce:ptam ab eo qui dedit sarciri et instaurari oportere hoc si ius est magna omnibus ad improbitatem et ad turbandam publicam pacem et tranquillitatem fene:stra aperiretur: sequentur omnes cum impunitate coniunctum lucrum. Neqz quidquam obstiterit quo mi:nus omnia bellis et tumultibus quod procul Deus auer:tat sursum ac deorsum misceantur. Sed non sperat Regia M.tas M.tem vrám ius istud pestilentissimum ratum et firmum habituram esse. His ergo de cau:sis congressus ille re infecta dissolutus est.

Nunc appetit tempus quo iterum ÿdem Cómissarii ÿsdem de rebus conuenturi sunt: sed neqz ibi Regia

Mtas dominus meus clemenss aliquid actum iri existimat quod suae Mtis hostes et aliis rebus quas supra enumeraui et publica fide quem saluum conductum vocant a iure et iurisdictione Comissariorum tuti, nihil aequi sua sponte facturi sint, ita fiet vt frustra futura sint: ac tanta impendia frustra vtrisque consiliariis negotium facessant imo vt inde permultum animi atque audaciae turbulentis hominibus ad improbitatem et res turbandas accedat: quod ne fiat neue hoc malum longius serpat Regia Mtas dominus meus clementiss: summa cura et celeri consilio prouisum iri cupit.

Quapropter allegauit me nunc ad Regiam Mtem vestram, postulatum atque oratum pro necessitudine mutua, aliquam vt inueniat viam, qua istae controuersiae atque dissensiones subditorum vestrae et suae Mtis, inter ipsos hactenus excitatae, tandem aliquando sopiantur, et publica pax atque tranquillitas vtriusque ditionibus restituatur: vt quemadmodum inter Mtes vestras est summa et sanguinis et voluntatum coniunctio, sic inter subditos earum antiqua beneuolentia nouis faederibus mutuisque comertiis atque offitiis confirmetur: fuerit hoc ex dignitate vestrarum Mtum et vniuersi Christiani nominis ac ex vsu subiectarum vobis ditionum.

Qua vero ratione M.tas vrã suorũ licentiam compescere instituerit eadem et dominus meus clemen.s in suos subditos vsurum se esse promittit.

Vt autem facilius vrã M.tas eius rei rationem inire possit: attuli M.ti vestrę scripta domini mei clemen.mi in quibus vrã M.tas perspiciet, qui sunt Ser.mi Regis mei hostes, et quanta damna ipsius M.tis subditis dederint: deinde quo modo se ipsius M.tas aduersus hostes M.tis vestrę gesserit: ne quis forte vestrę M.ti longe aliud persuaserit. Semper enim in hoc fuit ipsius M.tas ac deinceps futura est, vt ea quo ad cõmode fieri potest facere cupiat: quę M.ti vestrę grata et arctissima hac necessitudine digna esse sciat.

Quod si consultum videbitur vt M.tas vestra hostes Ser.mi Regis et domini mei e ditionibus suis omnibus proscribat, et grauibus pœnis sanciat ne quis eos apud se neq; clam neq; palam receptare et adiuuare ausit. Deinde vt ędicta promulget atq; proponat. Non solum vt liberũ sit subditis domini mei hostes suos in dominiis M.tis vestrę perquirere: verũ etiam vt prefecti et magistratus vestrę M.tis eos diligenter adiuuent, quo facilius istos publicę pacis et concordię turbatores comprehendant, et iustis supplitiis afficiant: hoc inquam si inconsultũ videbitur vestrę M.ti summa animi promptitudine dominus quoq; meus idem consiliũ amplectetur omniaq; eadem aduersus hostes Regię M.tis vestrę summa fide in ditionibus suis exequetur: dabitq; operam sedulo, vt quę mutuam suam cũ M.te vestra

necessitudinem aut ledere aut labefactare possent omnia prorsus tollat et quam ipse cum vrá M.te amicitiam colit eandem et subditi ipsius et vestre M.tis inter se eadem voluntate colant.

Appendix Regie Legationis ad Ferdinandum Romanorũ Hungarie et Bohemie Regem

Quanto teneatur studio pacis colende tuendeqꝫ M.tas Regia dominus meus clemen.mus omnibus perspicuũ esse credo: sic enim sancte cum omnibus vicinis suis sed his presertim, quos aliquo vel propinquitatis vel affinitatis nomine sibi coniunctos habet, beneuolentiam et amicitiam colit, vt non solum maximopere caueat, ne qua sit ex ipso vel subditis ipsius offensionis occasio: verum etiam illorum iniurias aequiori quàm par esset ferat animo atqꝫ hanc voluntatem si in quenquã aliũ certe erga vestram M.tem et subditos eius declarat maxime propter arctissimam que ipsi cum vrá M.te intercedit necessitudinem. eius nunc rei M.ti vestre aliquot documenta ipsius Regie M.tis nomine dabo.

Primũ omniũ Sigismundũ Causoug ante actis aliquot annis cupientem se se recipi et in albũ aulicorum ascribi non solum non recepit: verum etiam dominiis suis excedere iussit, nullam aliam ob causam q̃ꝙ accepisset illum esse hostem vestre M.tis atqꝫ id priusq̃ vllam ea de re significationẽ a vrá M.te accepisset.

Deinde Paulus Valeczki et cum eo nonnullos alios quos vestra M.tas e dominiis suis proscripsit solum exilii locum petentes, ac negantes se quidquam aduersus vestram M.tem aut ipsius subditos machinaturos esse, repulit, ac ditionibus suis illis interdixit, et paruerunt mox illi mandatis neque ullus ex eis in Regno Regiae M.tis substitit, excepto uno Opel Feʒtomb/quem tantisper sustinet quamdiu vestrae M.ti videbitur. atque id partim quod exploratum habeat illum nolle M.tem vestram ulcisci sed potius graciam implorare: partim ne eiectum desperata salute et reuocatione quae hactenus in animum non induxit moliri cogat de quo rogauit ipsius M.tas ut eum vrã M.tas remissa noxa in graciam reciperet. Quod si tamen vrã M.tas animum sic obfirmauit suum ut illi nec veniam dare nec receptum in dominiis Regiae M.tis esse velit, mos geretur M.ti vestrae.

De Restel qui R.mo domino Episcopo Vratislavien bellum indixit, ante complures annos dedit mandata Regia M.tas ad praefectos suos, ut famulis domini Episcopi suppetias ferrent, ad peruestigandum, sicubi eum latitare comperissent: comprehensum ut aut illis darent aut ipsi extremo afficerent supplitio. fecit hoc inter alios nuper Mag.cus dominus Petrus Kmitha de Visnicze Marschalcus Regni Poloniae, et praefectus Cracouien, cum Regia M.tas esset in Lithuania: famulis enim domini Episcopi suos adiunxit quo facilius in his locis in quibus delitescere putabantur comprehenderetur: sed nusquam inueniri potuit.
Nuper etiam postulante domino Episcopo mandauit denuo Regia M.tas ut diligenter perquiratur.

152

Jam nuper comprehensi sunt aliquot ex factione Sigismundi Caufung a satellitio prefecti Cracouien̄ et capitali suplitio plexi non ob aliud nisi quod in subditos vestre M.tis in Slesia latrocinia exercuissent. Nam regie M.tis subditos nullo incōmodo affecerunt.

Porro aduersus Gorasdowskie et quosdam alios qui ausi sunt hostes Slesitanorum receptare iussit iure agi et conuictos patriis legibus puniri.

De aliis hostibus vestre M.tis aut ipsius subditorum si qui sint nihil habet compertum M.tas Regia si quos esse sciret proculdubio non toleraret.

Habet M.tas vestra qualem se Ser.mus Rex meus erga M.tem vrām et illius subditos gerat. Quod si contra omnes iniurias, quibus se ipsius M.tis subditi a vestre M.tis subditis Slesitanis affici queruntur, percensere pergam, et tempus et verba me deficerent: sed ex innumeris pauca in mediū afferam, ex quibus vestra M.tas facile de aliis coniecturam capiet.

Anteactis aliquot annis latrunculi quidam excusserunt predia generosi domini Hieronimi Rosdrasewski Castellani Rogosnen̄, et subditi Regie M.tis, perpetrato facinore, in Slesiam se se receperunt quos ille insecutus in opido Olsa seu Olesnicza domini Ducis Caroli Monesterbergen̄ cepit, et cum iustitiam administrandam flagitaret nunquam obtinere potuit nisi carnificem cum famulis mitteret: atque ibi tum damnati quidem sunt capitali pena latrones illi: sed cum ad suplitium ducerentur, exilierunt quidam ex insidiis, et carnificem quidem occiderunt: famulos consauciarunt: nocentes

vero exceptos dimiserunt : de qua iniuria subditus ille
regius questus cum domino Duce et Regie M.tis literis
adiutus hactenus tamen iustitiam consequi non potuit
& extrahitur negotium data opera quo is defatigatus
postulando et magnis exhaustus impendiis re non
impetrata desistat ne damna damnis accumulet.

Preterea Georgius Berka generoso Martino Gidziel-
ski subdito Regie M.tis per Slesiam iter facienti in
pago Roffelt nobilis Gasparis hans, in ducatu Legni-
cen, vim attulit: captum enim et mille florenis quos
bobus venditis acceperat spoliatum, in arcem Skala
prope opidum Nachod in Bohemia sitam que Hincoui
Schetla subest deportauit atque ibi non paucum tem-
pus in vinculis habuit.

Idem Berka anno proxime preterlapso cum non con-
temnenda complicum suorum manu, facta in Poloniam
non expectata incursione, duorum nobilium domos et pre-
dia agressus, supellectilem omnem quam satis multam
reperit asportauit, quin etiam templum depredatus est,
nec diuinissimo saltem Eucharistie sacramento pepercit.
sed eo indecenter effuso vasculum abstulit. hanc predam
palam in Slesia partitus, tamen hactenus impune illic
versatur, receptatur, et magnorum hominum presidio
fretus, atrociora molitur, nulla iusta de causa sed ex-
trema improbitate et cupiditate adductus.

Quod autem is iustam causam non habeat hinc potest
M.tas vestra colligere, vltro offerebat Regia M.tas
dominus meus clementiss. se ipsi iustitiam de subdi-
to suo administrare velle: atque vt tuto ius suum

si quod haberet persequi posset: cauebat illi litteris publice fidei, verum is, iustitie sue diffisus vel prede vel dulcedine captus, iure posthabito, hostem se Regie M^tis profiteri cepit.

Post hunc, Miska infime sortis homuntio cum litem haberet cum quodam Ciue Cracouien' de triginta florenis Renen'bus ratus nactum se esse occasionem per quam sine magno labore ab omni magistratuum iurisditione liber, egestati sue consuleret, omisso iure non postulata iustitia neqz a Regia M^te neqz ab offitialibus eius, predonicam exercere collectaqz nequissimorum hominu' colluuie, in mercatores Regios per Slesiam proficiscentes, degrassari cepit multaqz et magna subditis Regie M^tis damna dedit, quin et in Poloniam transgressus, aliquot predia exussit: et tamen his actis impune viuit in Slesia.

Jam nuper cum comitia Comissarioru' vtrinqz allegatoru' celebrarentur Glogouie id quod prius etiam vestre M^ti significatum est, Johannes Slegiel qui rebus suis nequiter decoctis et dilapidatis rapto viuere cogitur, nullam habens iustam querelam aduersus Regiam M^tem, vel subditos ipsius, bellu' regno Polonie indixit, collectaqz aliquanta e sui ordinis hominibus Slesitanis manu, in mercatores Regie M^tis non procul a Glogouia Slesie fines transgressus impetum fecit, ac predam omnem quam ex his cepit quinqz millium florenoru' plus minus re estimatam, in Slesiam ad arcem Sczanieczi palam omnib9 importauit, et apud eius arcis dominos Sczanieczskie dictos deposuit.

Et quod magis mirandum venit complures e Glogouiensi illo congressu profecti palam omnibus, Johanni Slegiel nauarunt operam, ac mox a preda reuersi quasi re bene gesta gloriati sunt affirmantes se quicquid fecissent saluo honore suo fecisse: quia amicus ipsorum Slegiel hostem se regno Poloniae ex professo gereret.

Multo plura huiuscemodi egregia, si diis placet facinora, in subditos Regiae M.tis patrantur a scelestissimis quibusque, quibus non solum tutus est receptus in Slesia, verum etiam procerum patrocinio et presidio fretis augentur animi: augentur vires augentur sodalitates ad maiora indies agredienda. unde quid sit expectandum, nisi tempori prouidetur, cum possit M.tas vestra perspicere, ego nolo ominari.

Sunt item alii pene innumeri inimici quibus Regiae M.tis homines iniquissime premuntur a Slesitanis, nec vnquam ius suum per illos obtinere possunt. id quod abunde multis argumentis ac testimoniis docent.

Sed imprimis hoc fit a Ducibus qui cum non sinant in istis Commissariorum Comitiis aduersum subditos suos quicquam agi: iustitiae administrandae prouintiam ipsi in se recipientes, nemini tamen vnquam iustitiam administrant: id quod multis exemplis comprobari posset.

Cum iam nouam seu legem seu consuetudinem commenti sunt qua externis omnibus hominibus viam ad ius suum iuditio persequendum precluderent: namque actores externos satisdare, sed non nisi per indigenas: imo vero etiam ex equestri ordine fideiussores

de non deserendo iudicio, cogunt etiam si quis neget se apud iudices litem intensurum esse: quod si sponsores quis non habeat uti fere fit ut nemo vel ausit vel velit pro hospite et ignoto aduersus ciuem et familiarem fideiubere: cum nemo non magis bene velit qualicumque vicino cum quo communem dominum communes leges: et quottidianam consuetudinem habeat quam vel iustissimo hospiti. Si quis ergo sponsores non habeat indicta causa in carcerem conijcitur nec inde rursus dimittitur nisi noua ista lege det fideiussores quod non sit iniuriam suam ulturus: ita preterquam quod miseri homines dum de obtinendo iure suo laborant magnis afficiuntur iniurijs. Regia quoque M.tas multum tedii molestieque deuorat illis liberandis. Sic fit ut plerique homines quantamcumque iniuriam ferre malunt quam persequendo ius suum mala malis accumulare unde sic sunt subditorum Regie M.tis animi irritati et exacerbati ut non videantur diutius ferre posse, verendumque est ne hic ignis magnum aliquod ac utrisque perniciosum incendium exsuscitet quod non facile deinceps restingui possit.

Rogat itaque vestram M.tem dominus meus clemens pro necessitudine mutua, que sanguinis coniunctione multo ante constituta, affinitatis etiam vinculo accedente confirmata est, ut his principijs, si haec adhuc principia dicenda sunt, obstare velit, inueniatque rationem, qua controuersie atque dissensiones iste inter subditos vestrarum M.tum et exorte sopiantur tollanturque, et noue ne pullulent, sed ut antiqua illorum inter ipsos foedera, concordia,

mutua beneuolentia et offitiis ultro citroq3 prestā:
dis confirmentur stabiliantur q3 quando per arbi:
tros cómmunes toties iam frustra delegatos confici
res ea non potest. Quam vero viam vestra M.tas
ad compescendam suorum improbitatem et licentia
tam effrenem instituet, eandem et ipsius Regia M.tas
dominus meus clemen.mus ingredietur, neq3 cómit:
tet, vt per se stetisse videatur, quo minus omnes
offensionu stirpes radicitus euellantur. hoc si idem
vestra M.tas eadem cura atq3 diligentia perfece:
rit: magno ea res vtrisq3; subditis quidem bono,
principibus vero ornamento, ac vniuerso orbi Chri:
stiano voluptati fuerit.

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniæ
Ad Ioannem Marchionem Brandeburgensem
A chacio Czemę data tercia Septembris
. 1536 .

Primum salutabit Legatus Ill. Do. Marchionem Rię M.tis nomine, et prosperos omnes rerum successus ei optabit, deinde sic orationem instituet.

Ill.me princeps ut nullum improbum facinus diu latere potest: ita perditissimorum predonum scelus qui superiori tempore in Gdanensium subditorum Rię M.tis domini mei clemen.mi merces in confiniis Marchię et Pomeraniæ crudelr̃ degrassati sunt, duce et authore Joanne SSlegel, qui cum sua male decoxisset, alienis rapiendis potius vitam degere instituit, eorum inquam scelus etsi serius q̃ oportuit, aliquando tamen patefactum est. Capti sunt ab Ill.mis dominis Ducibus Pomeraniæ aliquam multi ex ea societate, et questioni habiti, capitali supplitio affecti sunt. Confessi sunt hi in questionibus et prodiderunt conscios et complices eius facinoris quosdam subditos Ill.tis vestrę, qui in eo latrocinio affuerunt, et predam in ditionem Ill.tis vestrę comportarunt: Ea de re petiuit ab Ill.te vr̃a M.tas Regia per litteras, adiuuaret et perficeret Ill. vestra, ut Gdanensibus subditis suę M.tis damna resarcirentur instaurarenturq;. verum id hactenus factum est minime, neq; responsum ullum Rię M.ti datum. Id quod M.tas regia quauis potius de causa quam q̃ ea res Ill.ti vestrę curę non sit pretermissum

esse arbitratur. Confidit enim M.tas ipsius Ill.tem vestram ea esse erga se voluntate vt omnia libentissime factura sit quę ipsius regię M.ti grata fore sciat, maxime in his rebus, quę vt fiant bona vicinitas et aequitas suadeat; quęque ad conservanda pacem concordiam et amicitiam pertineant magnopere. Quare iterum atque iterum rogat Rx.ma M.tas Ill.tem vestram diligenter vt ineat rationem quo Gdanensibus data damna ab his a quibus data sunt ad vnguem resartiantur, ne quid miseri illi merito de Ill.te vestra queri possint. Pertinebit hoc ad incrementum et confirmationem eius necessitudinis quę Ill.ti vrę cum Rx.a M.te intercedit, tum et nomen suum Ill.tas vrā iusti et vigilantis Principis elogio illustrabit. Vicissim vero Regia M.tas Ill.ti vestrę et subditis ipsius propterea gratificari quoad cōmode poterit non pretermittet.

Sigismundus primus Rex Polonię
Ferdinando Romanorum Hungarię
et Bohemię Regi

Ser.me etc. Queruntur nobis subditi nostri et cum primis Prefectus Wschowen. Slesios M.tis vestrę subditos, qum alios tum maxime Prefectum Glogouien. nolle stare conuentis et limitatione quę inter ditiones nostras ab vtrimsque nostrum delegatis iudicibus siue Cōmissariis facta est, sed transgredi fines constitutos et stabilitos, limitesque positos atque signa conuelli ac disiici. Quę res non ad concordiam et beneuolentiam mutuam, quę inter nos et subdi-

tos nostros esse debet, spectare videtur. Petimus igr
a Mte vestra pro iure amicitie et coniunctionis no:
stre mutue, ne quod eiusmodi nouum dissidii semina:
rium a suis excitari: neue res actas et transactas
rescindi aut labefactari patiatur. Erit id nobis
gratum. Quod reliquum est cupimus M. vram longum
saluam et foelicem esse. Cracie v. Decembris Mo
D xxx vito.

Dialogus de Asiana Dieta.

hoc est de Conuentu regni Polo: generali, habito in mense Decembre circa finem anni 1535. Petrkouię Rex dum erat in Lituania.

Interloquutores Respublica. Nemo.

Respublica — Quem nam mihi aduersum venire video? Estne hic Nemo curator meus? Is est: Salue mi ex animo amice Nemo.

Nemo — ~~Nemo.~~ Salue mea hera: mea cura et voluptas.

Respca — Equid noui adfers?

Nemo — Quod quidem ad te pertinet: Intellexti ne celebratam nuper solutamque simul nescio quibus auspiciis gnalem Dietam?

Respca — Non nihil equidem de illa persensi: sed longius tum forte aberam. Nec ita plane vt cuperem mihi nota sunt omnia.

Nemo — Aduerte si nosse cupis, silenciique fidem seruato. Hęc sunt quę res tuas infecerunt: Paphlagonensium primum furor: deinde immensa augendę priuatę rei sitis, postremo quod sigillatim cuique optimatum obstiterit, accipe.

Primo. aliena quorundam inuidia, suaque modestia
Secundo. Vanitas et temulentia
Tercio. extrema crescendi fames venusque
Quarto. Vetus priuati commodi et dominandi cura.
Quinto. perpetuum silentium et stupor.
Sexto. Catilinarius animus, et versatile recuperandi ammissa studium
Septimo. Pinguioris dolor ammissi.
Octauo. Minus quam cauta simplicitas lingua pinguior.
Nono. Recens beneficiorum memoria ętasque.
Decimo. Fenstea canum caput, ęrisque amor.
Vndecimo. Muliercularum mens et facilitas.
Duodecimo. Sine caeteris sors romica.

Tredecimo · Finitura nunq[uam] de habendo sollicitudo et dicendi philautia.
Quatuordecimo · Non segne ingenium, ast furor et arrogantia.
Quindecimo · Victus non commoda agerq[ue].
Sedecimo · Intus tumor, foris nihil.
Decimoseptimo · Laternum inconveniens supercilium.
Decimooctano · Neglectus sui dolor, fidaq[ue] nulli lingua.
Decimonono · Loquentie satis, sapientie nihil.
Vigesimo · Aetas non cana, fores macra.
Vigesimoprimo · Non aequa res menti.
Vigesimo secundo · Canina sollicitudo: Verrina rapacitas
Vltimo · Claudia de singulis sententia.

Obstitit postremo simul omnibus, alter Senatulus Democraticus cuius tot erant antesignani: quot ad res male gerendas sufficerent: turba ingens, homines pauci, nec suo, sed alieno spiritu balantes, quem gregem ducebant ferae quaedam bipedes, Lupinis pellibus contectae: quae sua rabie omnia perturbabant.

Respub[lica] Expediebat igitur non abfuisse alios Senatores.
Nemo Quos? sine comitatu Comites?
Respub. Annon profuissent illi?
Nemo Qui prodesse potuissent presentes? cum absentes nocuerint maxime? an ignoras contechnata haec prius domi fuisse o[mn]ia?
Respub. Miseram me: tanta ne est hominum malicia, vt me matrem et altricem suam perditum ire velint!
Nemo De malicia nescio, certe ambicio et cupiditas, inexplebilis, tum simultas, odium, et invidia inter se tuorum te plane perdunt.
Rep[ubli]ca Quid igitur mihi es autor? abeam ne potius, an maneam hic in tanto discrimine?
Nemo Paulisper adhuc mane: est quod te sperare iubet.
Respub Quid ego sperem?
Nemo Superest Senatus Aulicus, cui si tantum erit studium

corrigendi huius Conuentus, quantum erat prioris illius depravandi, que res cumprimis hunc infecit, futurum est, vt omnia cessura sint ex sentencia.

Respub Est fateor illic consuendi, dissuendiqꝫ pro arbitrio summa potestas.

Nemo Sic est: sed de hac magnus est dicendi campus vt Gy: necocratice opposita sit elata Mysticocratia, quanta circa epidamnica turba, quantum fastus: quantum arrogantie: quantus rerum omnium mercatus, quantus deniqꝫ in hoc postremo summi choragi sopor.

Respub Non explicabis id clarius?

Nemo Non expedit inpresens, nisi vt nemo neminem nominet presertim cum non opus sit nota noscere.

Respra Expectabo igitur salubrius Senatusconsultum ex Aula.

Nemo. Sic censeo.

Explicatio precedentis et sequentis dialogi.

Ad hunc precedentem, ac ad sequentem alterum Dialogum intelligēdum, et vnde ortum habuerint, necessarium fuit visum legentibus ostendere. Sub finem anni domini 1535 indictus fuit Conuentus regni gnalis in Piotrcow et per solos duntaxat Consiliarios regni et per Legatos ab equestri ordine regni missos actus. Rex tunc egit in Lithuania, Vilne, pauci autem Consiliarij Piotrcowiam et hij ad publica regni negocia, absqꝫ Primoribus Consiliariis non sufficientes. Quorum quidem Primariorum Senatorum alij morte perempti, pars egroti, reliqui verò Regi et Regine assentantes partim partim infensi, alij mutuis odiis laborantes, et de bono publico minime curantes, à Comicijs abfuerunt. Petrus siquidem Tomigki Epus Cracomien, vicecancellarius et Christopherus Schidlowieczki Castellanus Crac Cancellarius regni, viri iusti, prudentes, boni publici amatores, magne in regno authoritatis, consilii publici duces, paulò ante morte

sublati erant. Joannes etiam Carncowski Epus Cuiavien eger domi
decumbebat, et non ita multo post mortuus. Joannes Choienski Epus
Plocen in Lithuania penes Regem agens, vicem Cancellariorum
regni obibat, Andreas etiam Thenczinski Castellanus Cracovien,
subministrato Nunciis equestribus perturbandi Conventus consilio
ipse domi egritudine impeditus non venit ad Comitia, ex qua paulo
post actum Conventum est mortuus. Petrus etiam Kmita de Vis:
snicze Palatinus Crac Marssalcus regni, et Joannes de Thar:
now Palatinus Russie, Capitaneus exercituum regni, qui ca:
pitali odio sese invicem ulciscebantur, reipublice malo, et Comites
appellari gaudebant, non venerant data opera ad Conventum, ni:
chilominus tamen Nobilitatem et Nunctios eorum ad Conventum
designatos, domi prius, qua ratione negocia publica perturbarent,
abunde instruxerunt. Lucas preterea de Gorka Palatinus
Posn: et filius eius Andreas, Castellanus Posn: Maioris Polonie
Capitaneus gnalis, quamvis venerint ipsi et interfuerint Conventui,
ambo commodum suum privatum curans, negocia tamen Conventus
per Nunctios ex Maiore Polonia ad Comitia missos, infecerunt.
Reliqui autem Consiliarii non venerunt, expensas ac sumptus vitantes,
homines avari. Interessentium vero Consiliariorum nomina inferius
patebunt, quos Nemo in Dialogo per mores et vicia designavit. Inter
Nuncios vero equestris ordinis, in eo Conventu erant duo Zborow:
sczi fres germani, alter Petrus Castellanus Malogostien à Nobilita:
te terre Sandomirien, alter Martinus Pocillator Regis: id Pincer:
na terre Cracovien, à Nobilitate terre Crac, ambo cerebrosi ac
turbulenti, sub pretextu boni publici sursum ac deorsum miscentes
omnia. Hij ambo cum toto famulicio eorum, pellibus Lupinis induti,
ad ipsa Comitia cum fastu venerant, sicqz hirsuti incedebant, pro:
pter quod notantur in Dialogo, à Nemine, fere bipedes, Lupi:
nis pellibus contecte. Hij igitur duo Zborowsgi, alios omnes
Nunctios equestres, suis insanis suasionibus pretextu boni publici
dementarunt, dementati ipsi prius instructiqz ac inspirati à factiosis

Senatoribus supra nominatis. Quicquid itaque Zborowszki dicebat agebantque, id coeteris Nuntiis omnibus rectum videbatur. Huc accessit quod Consiliarii tunc in Comitiis illis presentes, alii imprudentia, alii malignitate animi, alii questui et viciis suis servientes, alii Reginam, privata et publica sacra et prophana, vendentem ac subvertentem, ob accepta recens per eam a Rege officia publica offendere caventes, negocia ipsa publica, vel leni brachio, vel perperam praveque agebant.

De his igitur huiusmodi Consiliariis Dialogus precedens factus fuit, per iocum et lusum, a duobus ex eodem consilio et Senatu Consiliariis iuvenibus, Stanislao Odrowasch Palatino Podolie et a Stanislao Laski Castellano Prezemonten., quorum ambo affines et litterati satis ac ingeniosi fuere. Obtegitur autem Conventus hic Polonicus Dicte Asiane nomine, et coetera dicuntur per involucra ob vitandam invidiam. Inducitur autem Nemo cum Republica colloquens. Qui Consiliarios ipsos in Conventu presentes ex ordine, per eorum vicia denotat, que illis obstiterunt, ne quod Reipublice expediebat recte consulerent aut constituendum curarent.

Horum primus in ordine designatur Andreas Cricius Archiepiscopus Gnesnen., cui obstitisse fertur sua modestia et aliena quorundam invidia.

Secundus est Joannes Latalski Episcopus Posnanien., homo vanus et temulentus: et ob id nullius consilii, nulloque ex usu reipublice.

Tercius est Petrus Gamratus Episcopus Premislien., Scortator adulterque, ambiens omnes Episcopatus et potestatem in coeteros.

Quartus erat Lucas de Gorka Palatinus Posnanien., avarissimus usurarius, suum privatum commodum curans, et regni affectator.

Quintus est Stanislaus Tomiczki sapientissimi et eloquentissimi Episcopi Tomicii frater, homo silens ac stupidus et multibiba, Reipublice ignarus.

Sextus est Hieronimus Laski Palatinus Syradien., prodigus sui, alieni cupidus, vane laudis avidus, et rerum novandarum machinator, res magnas regnumque animo sine ullo successu volvens, quod post modum eum pessumdedit.

Septimus Palatinus Juniwladislanien. qui optima Castellania dimissa Palatinatum infructuosum accepit, cuius eum suscepti penituit, qua penitudine

occupatus nequibat recte consulere.

Octavus Joannes de Tenczin Palatinus Sandomiriensis vir simplex, incogitans in dicendo, privatum non publicum amans

Nonus Stanislaus Odrowasß autor Dialogi, homo iuvenis, favore Bone Regine ad Palatinatum Podolie, et ad Capitaneatum Leopolien paulò ante erectus, qui propter iuvenilem etatem et propter recens accepta officia publica, ne Reginam offenderet, non dixit eam quam vidit rectam sententiam, que etiam propter etatem, suum pondus non habitura putabatur.

Decimus est Stanislaus de Sprowa Palatinus Belsensis annis senex, pecunie cupidus, nullius consilii et authoritatis, comessator. Is uxorem ex Cracovia plebeam dote et amore ductus duxerat.

Undecimus est Foelix de Srzensko favore Regine Bone Palatinus et Capitaneus Plocen, et Mariemburgen etiam Capitaneus factus, mollis, mulieribus deditus, nec perstans in recta sententia, ex arbitrio Regine pendens.

Duodecimus Petrus Gorinski Palatinus Masovie ex terra Lanciciens oriundus, qui viduae cuidam in Masovia se matrimonialiter iunxit, et preter uxoris bona nullas alias possessiones illic in Masovia, nec amicos habuit. Idcirco ei attributum est sive coeteris sors unica

Tredecimus Andreas de Gorca Castellanus Posnanien et Capitaneus Maioris Polonie generalis, affectate et composite loquens cum Philantia, avarus, et sollicitus nimium de habendo.

Quatuordecimus Joannes de Tenczin Castellanus et Capitaneus Lublinen, Marschalcus Curie Regie, homo pendens ac rectus, sed tamen cum quadam apparentia arrogancie et furoris in dicendo.

Quindecimus Jacobus de Przeramb vir bonus, amator virtutis, aratro magis quam Senatorio ordini aptus.

Sedecimus Joannes de Coszielecz Castellanus Lancicien animo tumidus, fastosus corpore, sed sine rerum usu, sine intelligentia et consilio.

Decimus septimus Petrus Phirlei Castellanus Chelmensis senilitatem patris inconvenienter usurpans. Is fuit filius Nicolai Phirlei Castellani Crac et exercituum regni Campiductoris generalis.

Decimus octavus Spitek de Tharnow Castellanus Radomien et regni Thesaurarius, futilis, secretorum non continens qui

dolenter tulit q in vacantiis non fuit promotus ad maiorem dignitatem.

Decimus nonus Georgius Latalski Castellanus Landensis, stulte loquens sine fine dicendi.

Vigesimus Stanislaus Laski Castellanus Przematen aetate iuuenis, intelligens, eloquens, caeterum facultatibus non abundans, et idirco absq3 authoritate in Senatu, qui et ipse est alter Dialogi huius autor cum Odrowasio.

Vigesimus primus Nicolaus Russozki Castellanus Biechonien, vir audax, dica spirans, cuius menti facultates non respondebant.

Vigesimus secundus, Martinus Misskowski Carpp, Castellanus Velunen, homo de habendo per fas per nefas supra q3 dici pot auidissimus, tenax, et crudelis in rapina, Verre rapatior erat. Euclione sollicitior.

Vltimus erat Castellanus Conarien, homo in dicenda sententia nullus.

Hęc sunt nomina, vicia, ac impedimenta Senatorum suprascriptorum, et sensus Neminis dictorum.

Perstringuntur post hos, Nuncii equestris ordinis, et precipue Zborowszi fratres germani, antesignani Nuncciorum Nobilitatis

Incusantur eciam sub nomine Comitum, sine Comitatu Comites, videlz Andreas de Tenczin Castellanus Crac, Petrus Kmitha Palatinus Crac: et Joannes de Tarnow Palatinus Russie, qui nomen ac titulum Comitum sibi vsurpabant: Hii, anteq3 iretur ad ipsa Comitia regni, domi prius omnia cum Nobilitate et cum eorum Legatis ad Comitia designatis ad rem male gerendam compracticarunt.

Designantur preterea et incusantur, qui penes Regem et Reginam Vilne erant. Nicolaus Volski Castellanus Sandomirien Regine Curie Mgr. Petrus Opalienski Castellanus Gnesnen, Mgr Curie preri Regis filij, nequissimi duo rerum malarum et Nundinationum consultores, instrumenta Regine.

Designatur eciam Regina ipsa in Gynecocratia et Joannes Chorienski Epus Ploczen in Mysticocratia qui tunc in Lituania penes Regem vicem Cancellariorum regni obibat, penes hos fuit Judiciorum et officiorum publicorum: rerum deniq3 omnium

mercatus et Nominatio, potestasqz confuendi, dissuendi, depravandi consiliorum publicorumqz ac privatorum negociorum, In quo tamen immerito ipse Epus Choienski culpabatur, putabatur autor Regi fuisse, q decreta quedam, seu potius plebiscita Conventus prioris Piotrconien, eciam sine Rege acti, Rex non approbaverit, id autem impingitur ipsi Choienski in illis verbis: Si tantum erit corrigendi huius Conventus studium, quantum erat prioris illius depravandi etc.

Nec Regi seni parcit Nemo, accusans eum et designans in persona summi choragi, dormientis, et conniventis ad ea, que fiebant indignissime. Que omnia, Nemo, uti vides tecte loquitur in suo Dialogo

Eum itaqz Dialogum per lusum et iocum confectum Laski et Odrowass. ad Cricium Epm Archiepm illic adhuc Piotrconie attulerunt, quo Cricius delectatus, ingeniumqz et invencionem iuvenum collandans, probavit, Paucaqz in illo mutavit, deletis enim laudum preconiis Hieronymi Laski Palatini, asscripsit ei Catilinarium animum etc. De se eciam ipso Cricius idem, laudum suarum verba expunxit, odium ex laudibus vitans, et reposuit haec: Quorundam invidia suaqz modestia, scilicet obstitit. etc adiecitqz seu correxit insuper paucula quedam in conclusione ipsius Dialogi.

Edito autem ac invulgato hoc Dialogo, fremere pleriqz ex Proceribus et Nobilibus in Cricium ceperunt, credentes ab ipso Cricio esse scriptum Dialogum, ad eorum reprehensionem, ac ignominiam. Quod ille uti vir magnanimus culpaqz carens neglexit. Mitigaturus tamen concitatos eorum animos. Scripsit hunc sequentem Dialogum, inducens, Rempublicam, Omnem, et Neminem: interlocutores, in re ludicra rem seriam agens, contendens Neminem offendi debere debere suis vicijs cum à Nemine illis impingerentur.

Practice autem huiusmodi Consiliariorum et equestris ordinis in articulis et actis Comiciorum Cracovie sub finem anni 1536 actorum sunt perscripte

In quibus hoc precipuum fuisse videbatur, ut ne unus plura simul officia publica retineret: que plurima pleriqz simul

obtinebant. Maxime verò id agebatur, ut ne ambos Cancellariatus viri, prima loca Consilij tenentes gererent, ex invidia id natum erat. offendebantur enim invidi homines splendore et gloria Tomicij, et Schidlovicij, qui officia Cancellariatus, magna sua et Regis et Regni cum laude, ingentiq3 authoritate, et hominum veneratione gesserunt qua prudentia, iustitia, ac pluribus virtutibus sibi pepererant, Eo ingrati Cancellariatus, cum Joannes Choienski Epus Plocen vir prompti consilij et magni iudicij: dignior omnium videretur: Tomicium et Schidlovicium Cancellarios splendore, dignitate, Regis gratia atq3 authoritate aequare posse existimaretur (summa est in Polonia Cancellariorum veneratiò) invidit ei Bona Regina quae dupas Consiliarios habere volebat, invidit et Cricius Archiepus, tum et Petrus Kmitha Palatinus Crac: regni Marssalcus: et caeteri, qui hos sequuti sunt invidi ac malivoli homines: qui dolebant splendore Choynicii gloriam eorum obscurari: Modis itaq3 omnibus laborarunt, ut obstante Regis Alexandri Statuto, et Nuncijs plebis flagitantibus, Choienskius Cancellariatum capessere non posset. Jamq3 paratum habebant Gamratum Epm Premislien ad munus Cancellarij obeundum, hominem indignum, cui Cricius in Curia Regia semper manens, agẽda dicenda scribenda omnia, dictare debebat: Magno ea res studio: per invidos hosce agebatur, concitabantur per Reginam tam Consiliarij q3 Nuncij equestris ordinis: ut nisi Gamratus Cancellarius fieret, ad nihil eorum Nuncij ipsi consentirent, quae Rex vellet, quaeq3 respublica et regni defensio contra Valachos, qui aestate praeterita Russiam depopulati sunt, summe exigere videbatur. Rex tamen Choienskio: qui mens Regis esse dicebatur Cancellariatum dedit. Quae res effecit ut hec Comicia illa absq3 ulla conclusione solverentur. Regina Regi irata fuit. Hinc ad Leopolim itum, Valachia ad Turcos protensa. Hæc et quae inde mala secuta fuere; et q3 indigni subditorum adversus Regem clamores omnia Tomo xiiij: in actis Anni 1537 copiosè sunt perscripta

In vulgatam nuper quandam Asianam dictam dialogus

Andree Cricii Archiepi Gnesnensis

Respublica Lectori.

Accipe que mecum Nemo nunc tractet et Omnis
Candide ut haec Omnis, livide Nemo legas
O utinam servet que nunc decernimus Omnis
Contemnat Nemo, nec mea dicta probet.

Invenies hic Lector que partim rideas
partim probes, partim eciam desyderes

Interoluquutores
Respublica. Nemo. Omnis.

Respublica Mira sunt, si modo vera que narras Nemo, Sed estne hic Omnis quem video? is est. Salue mi Omnis.

Omnis. Salue mea Nutrix, mea salus

Respca. Utinam id quod ais vere et ex animo dicas: reqz ipsa agnoscas, velut hic Nemo, qui solus nunc me et amat et curat.

Omnis. Tuum tu igitur curatorem arbitraris Neminem?

Respca. Quid ni arbitrer? cum ipse michi tam aperte declaravit.

Omnis. Atqui cuius Nemo curam agit, perinde est ac si non agat quisqz. Ego vero etsi non semper presto que predico (predico autem et desydero de te semper) ubi tamen ad discrimen aliquod ventum est, velim nolim adesse tibi cogor, alioqui ipse perierim.

Resp. Cur igitur hoc non prestitisti in Conuentu ut prestitit Nemo?

Omnis. Quia hic Senatui obsequutus est Me vero dementarunt rabiosi quidam, qui et sibi plus sapere videbantur qz Senatus, et vicens suum sub specie boni

tum et Huiçspublici, ita michi propinarunt vt ego ipse quid mihi vellem, quidue poscerem prorsus nescirem, at vt ingenue fatear expediebat vt neuter meum illic quicq3 in ea consultatione va: luisset.

Respubl Quid ita?

Omnis Quia enim Neminis consilium nullum est, meum aute confusum:

Respu At Nemo aliter narrat.

Omnis Nemini si tu credis neminem amicu habeas oportet an non consideras, quanta impostura in hiis que de Conuentu tibi disseruit tecum agat, modo in ge: nere modo singillatim quoslibet perstringens, quo: rum quem magis momordisse videtur minus offé: dere, quem vero leuius attigit eum et suspicioni obnoxium et magis admorsum voluit. Quod enim Nemo modestum ait, id immodestum videri oportet: quod vanum et temulentum, id certum est et sobriu, ad eumq3 modum reliqua omnia feceis atq3 dicit accipienda sunt. Sic enim illi natura comparatu est, vt quod suadet dissuadeat, quod laudat vitu: peret, quod verum videri vult, id videri falsum necesse est

Respub. Cur igitur pleriq3 sunt, qui serio quod ille dixit in: terpretantur et acriter in illum fremunt?

Omnis Tametsi non verisimile sit vt quod Nemo dicit quisq3 offendi debeat. Fieri tamen pot vt qui sibi conscii sunt, dictum in se putent etiam quod dicit Nemo, sese q3 vltro tales prodant quales pingit Nemo.

Nemo Quousq3 ego maledicta huius patiar? Quid ais inconstantissime? tum culpam in me, que perpera gesta sunt conjicis, tum me mendarij arguis?

Omnis Ego vero non arguo solum, sed et digitto vt aiunt commonstro.

Nemo Quid ais? quum Propheta testetur, omnem hominem mendacem, de te ne, an de me id loquitur?

Omnis De me quidem cui nomen est collectivum non loquitur. Non enim unum hominem, sed omnes complector: fit vero ut homo mentiatur. Quod autem Omnis lo: quitur, id vel verum esse, vel partem veri habere oportet. Tu vero quod dicis, etsi interdum verum sit, ita celas tamen, ut plane non dictum videatur. unde merito de te scriptum est, Nemo accendit lucernam et sub modium ponit.

Nemo Atqui Hieremias de me inquit Nemo quod bonum est loquitur. Tu vero non solum non loqueris boni quicquam, sed etiam conscius tibi ipsi, veritatem et lucem refugis: ut non abs re scriptum sit de te Omnis qui male agit odit lucem. Porro aliorum avariciam et ambicionem detestans, ipse petax es, et accipiter maximus. Propterea dictum est de te, Omnis qui petit accipit: quod solus sis qui semper petas et accipias.

Omnis Recte quidem. Nam preceptum est: Omni petenti da. ~~dabitur~~ Atqui cum dicitur: Omnis sapientia a Deo est, quod ego vel loquor, vel facio, id divinitus mihi datum credi debet. Tua vero sapientia tanta im: postura est, ut tu solus sis Nemo, qui duobus domi: nis servire possis: utrumque scilicet prestigiis tuis circumducens.

Respub. Quid malum nunc vos ister? Siccine me vestram heram vestramque patronam agnoscitis? qui me presente tam impudentibus probris vos proscinditis! Proinde si quid apud vos valeo, edico vobis, ut tandem velitacioni finem faciatis, et que utrique vestrum convenire et mihi plurimum expedire, ipsam me Judicem audiatis.

Nemo Tibi permittimus. Tu quod tibi salutare sit inter nos pronuncia.

Resp. Non pronunciabo, nisi et Omnis permittat.

Omnis Quamquam ut obediam polliceri non possum, sum enim ut verum fatear cervicis indomite, et sentencie

diversé: audiam tamen et quantum fieri poterit decretis tuis parebo.

Nemo. Ego si quis hic non parebit puniam.

Respu. Animum igitur advertite, primum omnium edico ut neuter vestrum de meo Statu quicquam tractet aut consultet. Id, munus Principis et Senatus esto.
Et cum omnis anima potestatibus sublimioribus subdita esse debet: Tu Omnis quicquid ab illis iussum quicquid constitutum fuerit pareas. Tibi Nemo ut contemnas permitto: Arcana tam Aulica quam Conventualia Omnis ignoret. Nemo si volet sciat. Omnis Deum imprimis post Principes, dehinc praepositos suos quoscumque revereatur, maiorumque instituta, et mores ve:teres, tam in divinis quam in humanis observet et tueatur. Nemo ijs omnibus vel oppedat licet. A sedicionibus et maledictis Omnis abstineat. Nemo tumultuetur et maledicat ut lubet. Cum de statu et salute mea agetur, Omnis adsit: Neminem missum facio, et ut summam omnium complectar: Omnis cum ordinibus suis, officiá sua rite exequatur: ut qui rectores sunt recte et equanimiter regant, linguas male suadas vi:tent. Qui Consiliarii honestum Principis et bonum publicum concorditer spectent, simulacionem eliminent, candorem et inte:gritatem ab exilio revocent. Qui myste. mysteriis et sacris incumbant vitamque agant ordine et professione sua dignam. Nemini solum iuxta Apostolum permissum est, ut militans Deo, implicet se negociis secularibus. Qui Theologi et ~~Canonici~~ Concionatores, recta doceant, vicia insectentur non homines, nec ultra Ecclesiae septa ferantur. Romipetae qui sunt, in:dulgentias non impetrationum dicarumque tendiculas in viros probos et quietos reportent, et cum á litibus abstinere nequeánt á perfidia saltem abstineant.
Qui Iudices iuste iudicent.
Qui Iurisconsulti lites moderentur non serant
Qui Causidici, non sint bilingues et prevaricatores
Qui Notarii non falsent
Qui Praefecti, non deglubant
Qui officiarii, non emungant
Qui Exactores, non peculentur
Qui Conductores et publicani, non spolient

Qui Aulici non vendant fumos.
Qui Medici, qui Poetę, et Astrologi non adulentur neq3 pro:
mittant.
Inter Nobiles vero, qui seniores sunt, rem familiarem: Qui
iuniores miliciam citra rapinam colant, Marteq3 non Mercu:
rio, in Castris non in Vaporariis se exerceant. Qui plebei
sunt, se Dynastis et Nobilibus non ęquent. Qui Mercatores
non fallant. Qui Aratores, Aratrum tractent.
Qui Artifices opificesq3 sunt, suis artificiis insistant. De
pellicula Cerdo, non de diuinis aut publicis rebus: nec Sutor
ultra Crepidam iudicet.
Deniq3 Omnis seruet illud Apostolicum: cui honor: honor, Cui
Tributum Tributum, Tu Nemo, nulli quod suum est tribuas
licet. Sic fiet ut neuter vestrum deliquerit, et ego nondum
quod parum abesse videtur perierim.

Nemo. Quid de Mulieribus?

Respubl. Hae postq3 cum viris unum sunt ipsi inter se congru:
ant et partiantur ut velint. Puellę tamen si non
caste saltem caute viuant.

Nemo Quid nunc ais Omnis? ego me hec ad amussim ser:
uaturum polliceor.

Omnis. Ego recte quidem pronunciata video: sed ut seruare
possim dubito: proinde deliberandum mihi adhuc censeo.

Nemo. Quousq3 tandem? ad bellum ne an ad Conuentum?

Omnis In bello me ipsum conficerem. In Conuentu adesse
non licet, verum hoc potissimum arbitror, ut Nun:
ciis meis id munus delegem.

Resp. Si talibus deleges, quales tibi hactenus visi sunt poti:
ores: qui impudentius aduersus Principes et Sacerdo:
tes vociferantur: aut qui seu per quos alii sub prete:
xtu commodi mei, priuatum suum aucupantur vel
suis odiis, ambicionibus et simultatibus immersi sese
inuicem meo malo ulciscuntur, quodq3 virtute pa:
rari debet, turbis et peruersis artibus consequi ni:
tuntur, nichil egeris, operam et impensam luseris:
et postremo meq3 teq3 una precipitaueris.

Omnis. Hec Neminis huius culpa est quem tibi amicum reris.
is ea quę vtriq3 lubent prohibet.

Nemo. Quid ni prohibeam cum solus sim, cui tu recta mo:
stranti obtemperas

Omnis. Dispiciam deinceps iam in alios Conuentus qui et re-
ctius sapiant et nobis magis ex usu fuerint

Resp. Dii bene vertant.

Stanislai Protkowski
Nobilis Poloni
Trutina Meditationis Gallicæ

Ingerit se medelæ nostræ Empyricus, exotica nobis remedia, non appetentibus, et vel invitis propinans; pacem offert, qui bellum in sinu gerit: tranquillitatis commoda deprædicat, domi forisq; agitatus. dignus oppidò cui hoc vulgare adagium regeramus: Medice cura te ipsum. Nos ignoto quidem Archiatro non ante commissuros salutem nostram, quàm si prius, in se eodem affectum morbi genere, pharmaci sui fecerit experimentum. Quia tamen ipsa mali vis et impatientia dolendi incautum sæpe ægrotum ad quævis obvia temerè suscipienda provocant; sollicitavit me Patriæ charitas, et pacis ardor ut oblatum munus, ipsa offerentis conditione et sollicitudine suspectum, an ægro congruat, perpensis rerum et temporum circumstantiis, examini subjiciam. Meditationem Polonis offert Gallus individuus scilt Suecorum socius, Cromuellii fœderatus, Austriaci nominis infensissimus æmulator; meditationem, inquam, urget, rebus Suecorum depressissimis, postquam Gothicus furor impunè per Poloniam grassatus, extremum virus exeruit, et ex aggressore ad defensionis partes adactus, hostium numero et potentiæ tantisper submittere cogitur effrænes indomitosq; Spiritus.

Variæ gravissimæq; rationes omnino suadere videntur, ut in tractatibus pacis inter Regna Poloniæ, et Sueciæ, Gallica meditatio nobis suspecta sit, et explodatur.

1mo Ipsa mediationis infructuositas, in qua nihil prorsus esse presidii, experientia in modernis hisce bellorum motib9 abunde comprobavit: mediatores enim Galli fuerant induciarum, quas Rex Sueciæ impune violavit, quam quidem iniuriam Gallico nomini et mediationis authoritati à Suecis irrogatam, ultionis loco, novis auxiliis et fœderibus Galli compensarunt.

2do Polonia talibus ad securè tractandum indiget Mediatorib9, qui pacem illam ratam firmam, ac inviolabilem optare debeant: qui illius infractorem supercilio coërcere, vel armis certè refellere velint et possint. Neutrum illorum Galliæ quadrat. Ratio enim Gallorum, et præcipuum urgendæ pacis motivum, alia non esse videtur, quam ut amicos foederatosq; Suecos, imminenti certoq; exitio subducant, bellumq; in domum Austriacam derivent: quo pacto nulla prorsus in pace Polonica securitas; et Poloni statim novis majoribusq; bellorum in vicinia turbinibus implicarentur. Tenerentur enim vi pactorum et propriæ necessitatis impulsu, vires omnes in Austriacorum defensionem convertere, sicq; periculosius redintegraretur bellum, et debellatis (quod Deus avertat) Austriacis, Polonia omni præsidio destituta, et hostib9 undequaq; circumsepta, auctis nova Provinciarum vicinarum accessione Suecis, ipsorum arbitrio seu potius libidini miserrimè objiceretur.

Pacem Poloni quærunt, non belli transmigrationem, solidam quietem non nova pericula, ex sociorum oppressione, et novis Suecorum progressibus ipsis imminentia: Mediatores volunt, qui pacis perturbatorem refroenare velint, ac possint, et quorum intersit Poloniam incolumem stare. Hoc Gallorum rationi, tot fœderum et reciprocæ necessitatis nexibus

Suecis coniunctorum omnino repugnat: et si maximè uellent, quod à gente tot occupationibus distenta, tot bellis exhausta, tot externis internisq́ corruptionis principiis vitiata, tanto locorum interuallo dissita, nullo nobis fœderum, vicinitatis, commercii, sanguinisq́ vinculo copilatâ opus sperandum sit contra Suecos, tot bellorum prædarumq́ socios, id prudentum iudicio expendendum permittitur.

3tio Non solum Gallica meditatio, nullum pondus ac momentum promouendæ paci adijciet, quin maxima eidem erit remora, et inextricabilibus illam difficultatibus inuoluet: primo enim si à Polonis admittatur illa meditatio, maximam inde cæteri fœderati diffidentiæ ansam acciperent; quidquid à Gallis proponetur, id suspectum erit, ac dubiis interpretationibus obnoxium; ipsorum promissa nullam apud alios fœderatos fidem inuenient, solum latere uel sub speciosissimis oblationibus semper suspicabuntur.

4to Polonis nec decorum nec tutum unquam accidere posset, si absq́ omnimoda Domus Austriacæ securitate tractarent, quod Gallicis intentionibus è diametro uidetur oppositum: inde probabile est, Gallos hoc in fundo maxima paci obstacula obiecturos.

Ratio Gallorum postulat, ne Suecis in hac rerum connexione uel minima in re displiceant, quod eos longè molliores reddet, ut illum ad restitutionem ablatorum fortiter impellant, quin potius probabile est ipsos non solùm eiusdem ambitioni et cupiditatibus suffragaturos, sed omnem adhibituros operam, ut quàm lautissimis pro Sueco conditionibus res transigatur: cum ipsorum uel

maximè intersit, exaltari potentiam Sueticam, quam Domui Austriacæ validius objiciant.

Quod à fortiori possumus colligere, ipsorum enim quondam mediatione, Poloni bello licet victores, tractatibus, tamen victi fuêre, et in florentissimo rerum suarum statu Livoniæ possessionem, et fractus, per viginti sex annorum inducias hosti concesserunt: quid hoc tempore effecturos in gratiam Suecorum Gallos putamus, qui longè arctiori, quàm alias unquam necessitudinis et fœderum vinculo ipsis sunt copulati.

Gallis denique maximè refert Suecos in Prussia subsistere ad communes Triumviratus Cromuelliani conatus exequendos: si qua fides tractatibus ~~exequendis~~ arcanis, quorum exemplar Hollandi exhibuerunt Orbi Christiano, de cuius partitione inter coniuratos agebatur: in qua quidem divisione, Gedanense Emporium designabatur Sueco. Denique conciliet si possit Gallica subtilitas hæc duo opposita, et an simul cohæreant, an mediatoris officio et sinceritati quadrent Orbis iudicet. Novit Gallia (quid enim ipsam lateret, quod lippis et tonsoribus notum) tam arcta inter Ser^mum^ Poloniæ et Daniæ regem intercedere fœdera, ut neuter inuito uel præterito altero ullam cum Suecis conventionem pacisci queat; palam tamen est, Gallos eo ipso tempore quo mediationem Polonis obtrudunt, nihil intentatum relinquere, ut in transuersum agant Daniæ Regem: ut sanctissimum illud unionis cum Polonia vinculum dissoluant, per privatos inter regem Daniæ et Suecum tractatus, et Danicum exercitum Gallica pecunia demereantur: quod nihil profectò aliud est, quàm rectà Poloniæ iugulum petere, et

paci Polonicæ, quam Danica coniunctio summopere promouere potest, perpetuum obicem injicere.
Sed nihilo ipsimet Dano fideliores, dum ipsum tot blanditiis delinire conabantur, proposuerunt eo ipso tempore per Akakiam, ac nouissimè per legatum de Lombres, Serenissimo Regi Poloniæ particulares tractatus, cum exclusione foederatorum, et ipsemet Rex Daniæ apud Aulam nostram traductus fuit, quasi clandestinos cum Suecis contra foederis iusiurandum tractatus institueret, quod Akakia Bidgostiæ palam professus est: si falsò calumniosè quidem in regem Daniæ, si uerè certè infideliter prodidit consilia, quorum ipsi authores fuerant, et quæ maximè celari intererat. Probabile quoque est iisdem simul machinis peti regem Daniæ, ut Polonorum fidem in dubium uocet, ac caueret amicitiam, sibique persuadeat arcana, inter Polonos et Suecos vigore pacis commercia: ad hunc scopum tot irritæ legationes, tot ambiguæ nulloque fundamento innixæ propositiones, tot itus et reditus, tot temeræ apud populum iactitationes unicè collimare videntur. Licet autem sæpissimè tam Gedani, quam Dankowiæ ac Bidgostiæ ipsis solenniter et irreuocabiliter fuerit intimatum, Polonos nunquam absque foederatorum omnium scitu ac consensu ullam de preliminaribus quidem propositionem admissuros, rogatique fuerint, ne ullam amplius hac de re mouerent quæstionem, absque precisa regis Sueciæ circa ablatorum restitutionem et inclusionem foederatorum declaratione: nihilominus semper ad uomitum redire,

antiquas propositiones nouis coloribus fucatas ad nauseam reproducere, nihil ad substantialia cathegoricè ac definitiuè respondere, ut non tam pacem, quam tractatuum speciem, ad dissoluendam fœderatorum Unionem affectare videantur. Sed dum hisce industriis Aulam Polonicam demulcet Gallica vafrities, aliis simul artibus Polonicam nobilitatem aggrediuntur, licet apud Aulam nihil certi expediant, sed omnia genericè, confusè incompetenter, nihil authenticè, nihil ad rem proponant: in priuatis tamen colloquiis genio liberalius indulgent: Prussiam certò restituendam, ac Polonorum votis adæquatè satisfaciendum, si modò congressum aula non detrectet, audacter asseuerant: sicque tacitè totam in regem eiusque Ministros, neglectæ pacis, bellique in Polonorum perniciem protracti inuidiam detorquent. Sed cum altius pertentantur intimi cordis recessus, et à priuatis colloquiis ad publicas declarationes adstringuntur, tunc imaginariæ spei simulachrum, luci quam subterfugere videntur expositum, instar nubeculæ ad Solis radios euanescit: destinantur ad Legatum Commissarii, rem penitius inuestigaturi, et quo hæc in vulgus iactata fuissent fundamento inquisituri, nihil ad hæc præter quasdam literas à Legato Bauocoart exaratas, qui alias se vidisse literas asserebat, aliquam de Prussiæ restitutione, non sine restrictione mentionem ingerentes. Item tanti operis analysin. Item ministerii arcanum, an potius ludicrum fabulæ, quæ risum etiam indignantibus exciunt.

Perpendendum nobis præterea accidit, an illæsa Pomo

Austriaca, eos possimus admittere mediatores, qui ipsius exitium avidissime spirant, qui palam inimicitias aemulationes ac belli in ipsum transferendi desiderium profitentur, an non aequissimam praeberemus amicae et foederatae domui conquerendi materiam, si exclusa ipsius mediatione, quam difficillimis Reip. nostrae temporibus cum summo rerum Austriacarum discrimine, nobis ultro oblatam, velut Superum munus, amplexi fuimus, aliam ipsi invisam aeque ac suspectam susciperemus. At Sueci Austriacam interpositionem repudiarunt, Gallicam admiserunt. Ergo mediatorum delectus penes Suecos erit. absit ut in ipso tractatuum limine tam turpiter impingamus, ut quasi victi legem nobis imponi patiamur, et ad arbitrium Sueci, quos rejicere vel obtrudere voluerit mediatores, id ratum habere teneamur.

Denique illi non sunt admittendi mediatores, qui iniqua, invicta, et turpia nobis palam proponere ausi sunt, licet postea necessitate sua et constantia nostra victi, cedere tantisper tempori, et de incepto proposito nonnihil remittere visi sint. Iniusta quidem nobis proposuerunt, dum nos ad privatos tractatus contra publicam iurisiurandi fidem allicere studuerunt: Invicta, dum nos ~~ad privatos tractatus~~ a seriis, quibus innitimur avellere: turpia dum ad infamem foe=

deratorum et defensorum nostrorum desertionem, cum indelebili Sarmatici nominis nota, nos totis artibus inducere moliti sunt.
Haec si conuincant impotenti pacis desiderio fascinatos, rerum Magistram consulamus experientiam, et singulos ab huius belli exordio, ad haec usque tempora circumstantias diligenter excutiamus, ut ex illorum continua serie, quid in Gallica interpositione praesidii, quid fidei subsit conemur elicere.
Cum Rex Sueciae anno 1655 tot sumptib. ac sollicitudine bellicae expeditionis apparatum adornaret, Gallicos certe ministros, pro ea, qua pollent sagacitate et arcanorum Sueticorum conscientia, latere uix potuit totam hanc machinam in nos unice destinari: hanc enim in imperium uel Austriacos non collimare, maritimae classis ingens et sumptuosa molitio, luculenter indicabat; non praeterfugere poterant Gallorum notitiam Radzieiowii cum Sueco commercia; legationes Suecorum ad Cosacos et Moschos, aliaque futurae tempestatis indicia nudissimis etiam remotissimis quoque gentibus non ignota, apud Aulam certe Sueticam non operoso mysterio celata. An non hoc Mediatoris officium tunc decuisset, nascenti malo confestim occurrere, authoritatem, officia, minas, interponere, ad tractatuum, quorum conciliatores fuerant fidem ac iusiurandum prouocare, lesam iri Mediatoris in hac iniusta aggressione dignitatem protestari, et si haec irrita fuissent Polonos statim admonere periculi, offerre sup=

petias, uel aliquo saltem condolentiæ officio solari. Nihil horum; sed igni potius pabulum admouisse, ac Sueticis delectibus, summa quingentorum millium Imperialium subuenisse fama celebrauit. Sed hæc forte pecunia in alios usus à Gallis collata, Suecorum dolo in Poloniæ cladem conuersa fuit. scilicet! obtusa adeò gestabant pectora Galli. impunè patebit tam crassæ fraudi Sicula calliditas. miretur orbis insolitam Gallorum simplicitatem, incautam in largienda pecunia fiduciam. Sed ô patientiæ portentum! tam turpiter decepti, ne uel minimâ quidem indignationis notâ tantam iniuriam ulti sunt, quin nouis in dies largitionibus cumularint deceptorem. Sed esto delusi fuerint, spe belli Germanici hanc summam in Austriacos non in nos erogârint; cur agnita fraude in recidiuum errorem ultrò prolapsi sunt? Cur bello Poloniæ palam indicto, infractorem induciarum et mediationis contemptorem, nouis identidem recreârint subsidiis, erexerintq; nutantem? Nempe ut antiqua ipsi debita persoluerent? opportunè profectò in Poloniæ et religionis perniciem, nunc primum exacti solutores, cùm maximè interesset, media tantisper furenti subtrahere, sibi illum seriò ad pacis consilia compellere studuissent.

Progrediente bello, consternatis Polonorum rebus, armisq; Suecorum triumphantibus magis quàm victricibus, de pace pauca uel nulla, lenta frigidaq;

Gallorum officia nullis oblationibus, nullo commiserationis nutu, ne uel perfunctoria quidem legatione solati sunt afflictissimi Regis et Reginæ desolationem: dum interea Suecorum castris expeditionibusq; choreis et mensæ continuò assideret Gallicus Orator è proco Suecus in Polonicum Mediatorem stupenda metamorphosi mox erectus. Sed ut nullum violentum durabile, Sueticus ille torrens, eodem quo exundauerat impetu, repente detumuit, exercitus florem iuuenilis et incalita Principis ferocia, per longos inutilesq; circuitus hybernis laboribus consumpserat, alios per oppida pagosq; militari licentia temerè prædabundos iustus popularium furor immolauerat ultrici ferro: cæteros æquo Dei iudicio dira contagionis lues afflauerat. Tunc circumuolitare Galli, pacem impotenter urgere, ingerere nobis præposteram opem, adornare legationes, idq; tam operoso nisu, ut mira quidem simplicioribus viderentur, in tam tepido prius amico intempestiuæ charitatis officia: at perspicacioribus certè altior metus inciderat, ne hæc omnia in rem maximè Suecorum adornarentur, quorum inclinata fortuna exigebat, ut dum tantisper resumerent vires amicæ Galliæ mediatione, nouis progressibus nostris uelut aggerem obiicerent.

Sed quisquis demum illos genius impulerit, hunc oppidò nobis minimè propitium declarauit euentus. Postquam enim Legatus de Lombres cum Ser^mo Rege Primoribusq; pauca de pace generatim disseruisset, ad Aulam Brandenburgicam redux, cœpit classicum plenis tubis concinere, et nouis suspicionum terriculis sic implere Principis animum, ut residua fiduciæ et reconciliationis semina funditus extirpasse uisus sit, rem, ut ad me delata est, absq;

fuco semotisq; studiis breuiter expediam.
Legatus de Lombres ~~cum Serᵐᵒ Rege~~ ad pacis propositiones, hoc inter cetera responsum à Polonis acceperat; Serᵐᵘᵐ Poloniæ regem, pro suo in pacem studio libenter congressus admissurum cum Corona Sueciæ, è dignitate tamen sua non fore, si Serᵐᵘˢ Elector utpote Vasallus admitteretur iis congressibus, qui inter æquales independentesq; Coronas erant celebrandi; alia tamen via per priuatos ac separatos tractatus, rem cum ipso posse transigi: Hæc rex Poloniæ mediatori Gallico. Hæc uero mediator Gallicus Electori: Polonorum nempe animos sic esse constitutos, ut Electorem omnino exclusum uellent (quod Serᵐᵘˢ Elector datis ad Augustissimum Imperatorem Ferdinandum tertium literis diserte declarauit, et velut præcipuum obfirmatæ suæ Suecis adhæsionis argumentum adduxit) vel quod nulla pateret ipsi reconciliationis via, nisi flexis genibus culpam deprecaretur, quod ultimum Legati effatum, ipse Elector Bidgostiæ Serenissimæ Reginæ confidenter aperuisse fertur. Hinc lachrimæ, hinc extrema consilia, quibus efferatus Principis animus egit se præcipitem: hinc pacis studia, ad quæ antea feruidissime ferebatur, in bellicos apparatus conuersa. Haud ægre quidem mihi persuaserim in gratiam Legati (quem non tam suo, quam partium uitiis laborare crediderim.) nonnullis Poloniæ Proceribus inter indignationis motus tale quid forsan per impetum

excidisse, dum in mediatoris sinum grauidam quaestib9 ac doloribus mentem confidenter exonerarent: quae qui=dem alto premere silentio, uel si aliunde emanassent, in molliorem sensum detorquere, prudentis et beneuoli me=diatoris fuisset, cuius partes aliae non sunt, quam ea, quae authentica, per modum propositionis uel responsi ipsi exhibentur, fideliter et modeste referre: caetera uero ex incensis partium studiis protuberantia solerter supprimere. Siue ergo haec à nostris dicta effutierit, siue non dicta commentus sit; transcilit certè fines officii sui, et incendio quod extinguendum susceperat, oleum affudit.

Post haec Velitum praeludia, res ad triarium deuenit Baronem Dauantiour militiae quondam Sueticae Tribunum: qui postquam aetate vegeta Gotthicae fortunae sangvine suo litauisset, iam grauescente senio, linguâ saltem, quae uegeta superearat, amicae causâ (ut conyare licet) patrocinaturus, Lublinum se contulit. Sed idem per diuersa et per diuersos splendida pacis nomina, genericas propositiones, nullis circumstantiarum aut oblationum terminis circumscriptas, vanos con=gressuum et plenipotentiarum apparatus, rebus ad haec indigestis, de ipsa uero Substantia pauca uel nihil; sed seriò constantiq Ser^mi Regis responso dimiss9, nihil sine Domo Austriaca, nihil sine Prussiae resti=tutione transigi posse, in quibus ille mediationis ardor, tantisper intepuit.

Sandem sub finem expeditionis aestiuae, cum Ser.^mus Rex

Noster armorum suorum terrorem per Majorem Polo=
niam ac Pomeraniam circumtulisset, plerisque locorum
vi aut deditione in potestatem redactis; tunc allatus
ille Mercurius, vicini exercitus Praepositus, et amici forte
periculo excitatus, summa celeritate Gedanum advola=
uit: et in arbitrio suo pacem stare jactitans, summâ
omnium expectatione exceptus fuit. Sed quid ex tam
turgidis speri montibus? Ridiculus mus. nihil de foe=
deratis, nihil de mediatione Austriaca, nihil de Prussiae
restitutione: denique ita nihil ad rem, ut vel Galliae addi=
ctissimos, pacisque cupidissimos exoticus ille procedendi
modus alienauerit.

Sed, quod stupendum vel maximè, iterum cum responso
priori simillimo dimissus, denuò parvâ interpositâ mo=
râ, absque ulla cathegorica declaratione redire non e=
rubuit, eademque refricare, ac quasi rebus ad tractandum
iam plenè dispositis, preliminares quasdam de loco,
tempore et mediatoribus propositiones ingerere. Sagacis=
simosque quosque latebat, quorsum tenderent tot passus,
ad pacem quidem promouendam evidenter irriti? ad
quid tot frustranea colloquia variique legationes. Quibus
ut finis aut modus imponeretur, praeriperetur que
cauillandi materies, Ser.mus Rex Noster, claro ac de=
finitiuo responso ultimam mentem suam decla=
rauit, vagisque ac indeterminatis propositionibus prae=
fixit metas: huius responsi summa haec fuit:

Non opus esse tanto congressuum apparatu: si Sueci pacem cuperent, posse illam statim concludi hisce conditionibus. Si nimirum Domus Austriaca, et Moschus comprehenderentur tractatibus: si Prussia restitueretur, Livoniam vero Regi Sueciæ pleno iure cessuram; ac Regem Poloniæ prætensionibus ad Regnum Sueciæ renuntiaturum. Si hæ conditiones placerent, eo ipso pacem conclusam iri absque longo negotiationum circuitu: sin minus, frustra Conventus celebraturos iri.

Vix ea contigerant, cum statim emanavit libellus, qui facem nobis protulit in tanta caligine, ac ansam conijciendi præbuit, ad quem hactenus scopum, tanta congressuum sollicitudine Sueci collimassent: huic inscriptio talis:

Rationes Viginti et una, cur Ser^mus Moschorum Car, quantumvis lactetur spe Coronæ Polonicæ, nunquam tamen eadem pro se vel pro filio suo potiri possit.

Libellus inquam ille prodiisse fertur ex Officina Gallicæ apud Suecos legationis: testem quidem oculatum habemus, qui illius copias per antigraphanos describi vidit, in Cancellaria Suetica, ex ipso originali ignota quidem manu conscripto, in quo tamen varias animadvertit additiones Bio-

Biezendavii manu exaratas. Cumque curiositate ductus copiam illius scripti ab amanuense flagitâsset, negavit id sibi licere: commodiùs tamen illam in Secretariatu Gallicæ legationis acquiri posse asseruit. Quidquid sit, in rem nostram ac præsens propositum faciet, si nonnullos illius articulos expendamus, inde addisciturj, quanta cautela ac circumspectione cum iis agendum sit, qui sanctissimo ipso pacis nomine serendis discordiis abuti velle videntur.

Articul. duodecim. ita habet.

Quod Rex Poloniæ Pedani nuper expressè dixerit Legatis Gallicis, Commissarios Polonicos Vilnæ cum Moscis tractantes, et promittentes Czaro successionem ad Coronam Poloniæ, excessisse terminos mandatorum à se datorum.

Hæc si velis ô Galli à Serenmo Rege nostro confidenter fuerant concredita, siccine deferenda erant ad Suecos, ut inde Moscis offendiculum objicerent. Hem præclaram Mediatorum operam! hem amicorum fidem! hem legationis Sacramentum! Si verò hæc Regi nostro nobisque falso fuerint imputata, cur publico et authentico scripto, inustam nomini nostro, proditi arcani vel calumniæ notam non vindicâstis? cur in re tantâ tot obnoxiâ periculis, gravissima post se damna trahente

qua Serenmum Regem nostrum cum Magno Czar Moschorum facile committere poterat, tam frigide siluistis? an tunc dissimulationi locus fuit, cum publico scripto typis excusso, ipsisq Moschorum legatis Regiomonti exhibito, vestrum nomen ac testimonium, contra amicum (: si Diis placet:) Regem palam adduceretur? vos ad levissima quæq tam expediti, nihil ad hæc? unde vobis insolitus torpor? tunc primum taciturni, cum loqui necessarium, et vel tacere honestum foret. Qui tacet consentit. Et ubi publica et expressa accusatio reum interpellat, silentium pro confessione habetur. Ergo vel regem à vobis calumniose traductum, vel secreti fidem injuriose proditam, vestra taciturnitas arguere videtur.

Sequens articulus sic sonat

Quod Rex Poloniæ proposuerit Sueciæ Regi secretum tractatum, primum ut Dominus Comes Benedict Oxenstierna veniret Gedanum: deinde ut Suetici et Polonici ministri, utrinq bini in pago Heringe Herbude congrederentur, et totam rem complanarent, antequam Mosci hoc resciscerent. Eximium oppidò specimen fidei Sueticæ! hortulanum miserat Suecus ad Regem nostrum, quo solertius illum ad destinandum ipsi deputatum aliquem alliceret: Serenmus Rex fraudem suspicatus, se missurum negavit; licere verò Regi Sueciæ Oxenstiernum ablegare, si aliqua haberet quæ commodè proponeret. hæc omnino fuit summa rei gestæ. Jam verò versipelles vulpeculæ, in Regem invidiam consilii dericare

conantur, cuius authores extiterant: Putipharis instar Uxoris, impudicitiæ, quam parauerat Josephum insimulantis.

Sequuntur eiusdem farinæ articuli duo.

Decimus quartus. Quod Rex Sueciæ quidem in congressum talem consenserit, sed ita tamen, ut Electoris Brandeburgici Ministri adessent bini, ut salvus conductus inuicem daretur, et deniqꝫ ut non tantum Regis, sed maximè etiam Reip. Procuratorium mandatum produceretur ceu fundamentum tractatus.

Decimus quintus. Quod Rex Poloniæ vitaturus solennes conferentias, et tamen daturus Sueciæ Regi, signum optimæ suæ intentionis, abiens Gedano decima Januarii, Anno 1657. per Mediatores miserit Regi Sueciæ Nᵐᵒ proiectum renuntiationis, quo renuntiat iuri suo in Regnum Sueciæ, et titulis et insigniis. 2° Proiectum cessæ integræ Liuoniæ, promittens se velle in Conuentu Ordinum Reip. procuraturum pro tractatu Suetico concludendo. Nugas quibus hi articuli ubiqꝫ scatent, refellere, instituti mei non est, hoc solum observare lubet, quod dum hic vana et inutilia accumulant, uera et essentialia studio prætereunt. Nihil hic de requisito à Nobis toties fœderatorum consensu et interuentu, nihil de expressa Moscorum et Domus Austriacæ mentione, quam uelut operis basim semper

præmisimus: hoc enim supprimendum fuit, cuius vel minima mentio, totam illam machinam tanta arte ad iniiciendum Moscis fucum elaboratam ex fundamento diruisset.

Oedipum habes Polonia in hoc libello, qui obscura tibi tot negotiationum mysteria revelavit ac luculenter indicavit, et spectasse Suecos, ut vel solâ congressuum fama, externis hisce legationum indiciis fulta, socios à nobis avellerent, et Unionem, quæ coalescere cæperat, dextrè dissolverent. Huius intentionis si non authores Galli, saltem instrumenta fuêre, qui nomen, authoritatem et operam suam commodârunt deceptatoribus; qui tam diu se passi sunt verbis ac nugis lactari; qui sine cathegorico ad postulata nostra responso toties inani conatu rediêre, ut nihil affectare viderentur, quam pravis Suecorum molitionibus suffragari: qui nos ad perniciosam privatorum tractatuum foveam allicere studuerunt: qui famosum deniq; hunc libellum, nullo edito responso ac refutatione, impunè spargi sustinuerunt.

Post hæc Seren^mus Rex noster in Poloniam reversus, abiram statim habuit umbram illam vestigiis suis ubiq; adjacentem: tunc erecti omnium animi, certaq; pacis fiducia accensi, nemo enim vel rerum gerendarum rudissimus in animum sibi potuisset inducere, tanti Regis legatum, post tam præcisas ac peremptorias Regis nostri declarationes, prostituere velle authoritatem regis sui, Suecorum ineptiis, et ambiguo inaniq; responso nobis illudere. Sed postq̃m de pace pauca, obscura et incerta, per modum præludii miscuisset, eo potissimum convertere conat, cæpit

ut nos à foederibus Austriacis averteret, dum interea Suecus, palam Racocium, Cosacos, ipsumq; Acheronta Gallis non reclamantibus concitabat in afflictissimum regnum. Item sana amici consilia! abiicere praesidia suadebat eo ipso tempore, quo furor et numerus hostium augebatur, dum Suecus, Brandeburgicus, et Cosaci, Podlachiam, Sendomiriam, ac Masoviam infestarent, disertissimus Orator interim omnes eloquentiae suae nervos exerebat, ut inuisa nobis ac suspecta redderet Austriacorum auxilia, in quibus afflictissimae Reip. salus unicè recumbebat.

Sed rem stupendam et quae posteritati ad sempiternum horrorem consignetur promeritam accipite. Dum in Dankovia suavi verborum suorum lenocinio Aulam demulceret, novae parabantur artes in Castris Suecicis, ut Regni proceres in transuersum agerentur, et Transylvano assereretur Regnum Nobilium suffragiis. Huic nequissimae fraudi operam commodauit prostitutissimae frontis nebulo, patriae Erynnis, Deo Regi pariter infidus, Arrianus Religione, nomine Wiemierzyc, quem scelera primum addixere Sueco, demum veniae desperatio asseruit. Is datis ad Regni Generales literis, quibus postquam egregia Regis Sueciae in Remp. nostram merita strenue commendasset, ex Quarcianorum à Sueco secessionem acriter increpasset,

exhibuit tandem ipsis, tanquam Sueticus preco vel in tentionum regiarum interpres, patens ad Clementiam Sueticam refugium his verbis: Nihilominus Seren:mus Rex Sueciæ solo Christianæ commiserationis, et eorum qui in eius fide perseverant respectu, omnes suas regias offensas oblivioni perpetuæ tradit, et omnes iniurias laboresq; impensos Magnificentiæ Væ, eiusq; copiis aeternè donat, tantorum incommodorum non aliud emolumentum requirit, quam ut Magnificæ DD. Væ Seren:mum Regem amicum habere velint, Principem Transylvaniæ in Dominum et Regem eligant, cum eoq; iustas conditiones nomine totius Reip. ineant. Hæc ille. Utq; dictis fidem ac Authoritatem conciliaret, advocavit in consortium sceleris, nomen Legati Avancour, quem velut aptissimum consumendæ nequitiæ instrumentum proposuit his verbis. Adest ad latus Christianissimi Regis Legatus, qui mediationis vice fungeretur, et utriusq; partis desideria facile accommodabit. Hic tantisper gradum sistamus, rem penitius introspecturi. Inscio regi Sueciæ id agitari non potuisse ratio suadet, à viro præsertim id ipsius libitum penitus prostituto, ipsius lateri continuò assidente, cuius vita, salus et fortuna pendebant unicè à nutibus regiis, quiq; rei tantæ inconsulto Domino palam et professo nomine, publicis codicillis se committere

nunquam ausus fuisset, vel impunè potuisset: scius quam promptum, erat Regi Sueciæ ipso delinquentis supplicio vindicare nomen suum à suspicione flagitii. Ipsa ergo criminis impunitas conscientiam et consortium facti, ac quandam illi ratihabitionem arguere videtur in Rege.

Si Regi Sueciæ notum fuerit hoc facinus, vix credere fas est Legatum Danaicum Aulæ et arcanis intimum id latuisse. Si tamen inscio legato, ipsius nomen iniquissimo conatui fuerit admixtum magna certè Gallico nomini et dignitati irrogata fuit iniuria, quam utiq; modis omnibus ulcisci, et scelestissimæ perfidiæ invidiam à se removere tenebantur. Maius enim infligi Gallicæ mediationi probrum non poterat, quàm in ipso negotii fervore, dum Legatus Galliæ, Regis Sueciæ verbo innixus, multa de sincero pacis desiderio prædicaret: interim Sueciæ Regis cliens nova moliebatur molimina, ac omnia legationis fundamenta subvertebat, fidemq; detrahebat ipsorum pollicitationibus, ac nomen deniq; Gallicum involvebat nequissimæ fraudi; quam quidem iniuriam dissimulare nequiverunt, quin meritò abiectæ saltem conniventiæ notam incurrerunt, ac universo Orbi Catholico iustæ suspicionis materiam præberent.

— — — Epistolæ illius exemplar, in qua Legati Danaicum nomen et authoritas patrando sceleri assumebantur

communicatum fuit Varsoviæ Legato de Lumbres, nec dubitationi locus est, quin pro sua sedulitate rem tantam ad collegæ sui notitiam detulerit: quem (si insons fuerit) proprii honoris cura, munerisq; debitum omnino compellere videbantur ut impostorem deposceret ad pœnas, ad palinodiam adigeret, et publico testimonio publicam refelleret calumniam. Sed ipso sciente ac dissimulante, fateamur necesse est, integram in ipsum præsumptionem firmiter subsistere. In Serenmi Electoris Brandeburgici coniunctione nobiscum, summam rerum Polonicalium et urgentissimum promouendo pacis negotio motiuum stetisse, nemo quod putem, inficias ibit. Quam si Galli tutam nobis honestamq; cupiuissent, media certè ad hunc scopum collimantia non fuissent abominati: Qui vult finem vult media ad finem. Quid æquius quam principem Vasallum multis Poloniæ nominibus obnoxium, qui violento armorum motu à nobis avulsus fuerat, ultrò redire ad natiuos indolis mores, quos temporum calamitas violenter seduxerat? quid ad pacem conducibilius, quàm fulcrum illud, quo spes Suecorum ad retinendam Prussiæ possessionem unicè sustentari videbatur, illorum ambitioni subtrahere? quid deniq; honestius, quàm arma illa, quæ à tot seculis ratio communis et reciproca tantorum nexuum obligatio sociauerat, in communem patriæ defensionem, et liberationem

conjungi? quid hoc ô pacifici mediatores, quod vos tantopere perculit, ut velut telo fulminis tacti dirigueritis? cur ad optatissimum illud nuntium, quod Universum Orbem Catholicum cœlumq ipsum recreavit, miserrimè contabuistis? cur tanto negotio ex quo Poloniæ salus pendebat, remoras et obstacula injicere, illudq per tres successivè ablegationes, minis, precibus, oblationibus evertere tanta sollicitudine contendistis? ipsumet Electorem, et quot quot intimæ arcanorum conscientiæ admoti fuère, testes appello, quam operoso molimine, quàm molesta pertinacia, quam exquisitis artibus, quanta consiliorum Schlippenbachio communicatione, sanctum illud et paci Poloniæ saluberrimum opus evertere studueritis.

Dum hæc in Polonia gererentur, novis interim insidiis Francofurti petebamur: certa loquar et comperta. Traducta fuit apud Status Imperii Domus Austriaca, tanquam violatæ pacis ac læsæ graviter Galliæ, quod se bello Polonico immiscuerit, idq publico et authentico scripto, manu Gallicorum legatorum subsignato, lubet hìc propria, quibus utuntur verba subjicere.

Tenor Libelli

Porrò cum defunctus Imperator et ab eius interitu Rex Hungariæ, tum missis toties in Belgium militibus et suppetiis, tum integro, ut dictum est in Italiam exercitu, manifestò testatum fecerit

se Imperii rationes, compendia et tranquillitatem peculiaribus Hispaniæ aut commodis aut affectib. longo intervallo posthabere, imò et facillimè devovere, nempe excitato eorum armis, certè consiliis in tot Christiani orbis partibus bello, Galliâ nempe Sueciâ, Poloniâ, Daniâ, Moschouiâ, Tartariâ, ~~Transyl.~~ Transyluania, Vkraina, Pedemuntio, et Ducatu Mutinensi, quibus omnibus armis Domus Austriaca Germanica impulsu Hispaniæ, non consultis Imperii Ordinibus se immiscuit, ut ipsum Imperium (scilicet) tandem iisdem bellis involueat. Hæc ille. An gravius ullum malè affecti in Polonos animi prodire potuisset indicium? Sueci contra tractat. Osnaburgenses, contra Mediationis Gallicæ fidem et authoritatem, Poloniam invasere: siluit Gallia iniuriam dissimulavit, Suecum novis auxit subsidiis. Austriaca Domus, vi antiquorum pactorum et ipsius pacis Germanicæ Poloniam Christianitatis et ipsius præsertim imperii antemurale defendit; statim Gallia offenditur, læsam pacem exclamat, Imperium concitare conatur in Poloniæ defensores: et deniq; mediationis larvam exerens, causam agit apertè Suecorum apud Imperii Status, petitq; Domum Austriacam ad reparanda Sueciæ gravamina compelli. quæ quidem alia non sunt, quam quod Domus Austriaca exercitum




67. [illegible]

68. Riga.

Lat. 73.

135 Herberstein.

x Zygmunt Bielski 75.

Marcin Bielski 77

Ostrowąz 117, 130



Въ этой рукописи стосемьдесятъ восемь (178) листовъ, считая и чистые, къ л. 22-му приклеенъ лоскуточекъ 22а.

VII/2/1907. Пом. Библ. Вл. Майковъ

SALVATO

PAVLVS

DOLATRIA


24